


12.
Farrinus, Valerius : De rebus publicis
Farrinus, Valerius : De iure accensu
Farrinus, Valerius : De rei iudicatione
Farrinus, Valerius : De iure de privilegio an ager
Farrinus, Valerius : De crimine (sive) regit
Farrinus, Valerius : De legitimacione libere
Farrinus, Valerius : De legitimacione libere
Farrinus, Valerius : De legitimacione libere

13.
Farrinus, Valerius : De pacto et iudicio
Farrinus, Valerius : De iure iudicandi in re
Farrinus, Valerius : De necessitate defensionis
Farrinus, Valerius : De rogationibus





1
3
/

7



1622,

1. Fomannus, Orbalphus: De sequestratione.
2. Fomannus, Orbalphus: De jure accrescentis.
3. Fentkino, Serranus: De rei vindicatione.
4. Oldicap, Justus: De jure et privilegiis non appell.
laudi
5. Rentes, Johannes: De crimine (causae) majestatis.
6. Schroeterus, Petrus Elias: De legitimatione libero.
rum naturalium, eiusq. speciebus et legitimationum
successione.

1623.

1. Fomannus, Orbalphus: De pacto retrovendendi.
2. Fomannus, Orbalphus: De jure sistendi non de
arrestis
3. Riemerus, Valentinus: De necessaria defensione.
4. Theodorium, Petrus: De regibus.

1624.

1. Formanus, Dominicus: De saluberrimo l. 2 C. de reserud-
vunt. hoc maxime seculo controverso, remedio
2. Formanus, Ortolopus: De jure emphyteutico.
3. Formanus, Ortolopus: De iudicio civili, ejusdemque
motu procedendi ordinario..
4. Formanus, Ortolopus: De delictis privatis.
5. Himmelin, Georgius: De obligationibus in genere
6. Nerenhausius, Hieronymus: De furto.
7. Inerius, Johannes: De maiestate in genere et in specie
De maiestate reali.

1625.

1. Formanus, Ortolopus: Disputatio inus. ad § 1. leg. C.
de quaestibus.
2. Frantzkeius, Georgius: De obligationibus in specie.

1625

3. Theoricus, Petrus: De renunciationibus ..



1.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

1.

1.

2.



DEO OMNIA GUBERNANTE.

Authoritate & permisso

Magnifici, Nobilissimi, & Amplissimi
Collegii juridici in florentissimâ Janseni
Academiâ.

DISPUTATIONEM

De

JUDICIO CIVI-
LI, EJUSDEMQUE
MODO PROCEDEN-

di ordinario.

SUB PRÆSIDIO.

Magnifici, Amplissimi & Consultissimi Viri.

Dn. ORTOLPHI FO-
LIIANNI JCTI, in Illustrissima Salana An-
tecessoris, Decretalium Professoris Dicasterii pro-
vincialis & Scabinatus Adessoris atq; Ordinarii dignis-
simi, Dn. Promotoris ac Prætoris sui perpetuo
honoris cultu venerandi observandi.

Pro summis in utroq; jure honoribus consequendis

Die 17. Julii

Publicè examinandam ^{annonit tempore 8}
loco conuictis JGG. 8

JOHANNES RUPFFERSCHMIDT Gelnbuzanus Francus.

JENÆ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI.

ANNO M. DC. XXIV.

1624, 3 13

25

25



*AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS, ERU-
ditiōe, Prudentia, longoque rerum usu & ex-
perientiâ conspicuis Viris.*

Dnn. Consulibus, Prætori,
reliquisq; Imperialis Gelnhusæ scabinis
& senatoribus, patribus patriæ dignissimis,
meritissimis, Dnn. promotoribus, fautoribus
suis officiosè colendis.

**Dno. Balthasaro Ruppferschmidt sca-
bino, & pro tempore seniori in patriâ consuli**
meritissimo, parenti suo filiali observantiâ
& amore prosequendo.

*Illis in officiosam sui commendatio-
nem: Parenti in gratam sumptuum Aca-
demicorum paternè hæctenus in se collocato-
rum recordationem:*

Hoc periculum inaugurale offi-
ciosè, filiali observantiâ meritoq; dedi-
cat & inscribit

Respond.

In

In nomine Sacrosanctæ & Indi-
viduæ Trinitatis.



Uoniam omnium qui Ju-
risprudentiæ operam dant, finis esse
debet non sola cognitio Juris, sed ma-
xime quæ Theoriam perficit, praxis
Obrecht, disp. 11. de judic. thes. 7. Juris
etiam cognitio in usum deduci non
potest, si modus ipse deducendi, qui in praxi consistit,
ignoretur, cū verò praxis potissimum in judiciorum
vigore vertatur, *Obrecht. d. loc.* ideò rectà ad proposi-
tum tendentes, de judicio civili ejusdemque modo
procedendi ordinario quædam delibabimus.

THESES. I.

*Judicium (A) est legitima (B) rei (C)
controversa (D) apud judicem (E) disce-
ptatio. (F)*

(A) Nuncupatum quasi jurisdictio. *c. forus extr. de V. S. à
jus & dicere descendens, l. 11. ff. de just. & jur. Obrecht. disp. 11. th.
16.* quo jus sive naturale, sive civile quod cuique competit,
redditur, *d. l. 11. ff. de just. & jur. c. forus, in verbo judex extr. de V. S.*
Et quamvis judicii variæ sint significationes, quæ passim ex
legibus deduci possunt, puta, quando judicium de testa-
mentaria dispositione dicitur *l. 5. ff. test. quem. aper.* vel quan-
do Impuberes vel furiosi nullum animi judicium habere
dicuntur, *S. 1. Inst. quib. non est perm. fac. test. l. 48 ff. de R. I.* Cu-
jusmodi multa recensentur à *Rittersb. in expos. Nov. part. 9. c. 3.
n. 1.* & ab *Azone in summa C. de judic. n. 2.* quid tamen in præsen-
ti significet, ex definitione perspicuum evadit (B) quibus
verbis significamus tam ex parte actoris quàm rei totam

causam five rem controversam ita esse agendo excipiendo
&c. tractandam pro ut legibus conforme est, id enim de-
mum legitime fieri dicitur, quod secundum formam & mo-
dum LL. convenientem fit, arg. l. 6. ff. de pact. l. 13. C. de sent. &
interloc. nec, si contra LL. aliquid statuere velit iudex, qui ta-
men veritatem & legum sequi vestigia debet, l. 13. C. de sent. &
interloc. nec, si quis per vim sibi ipsi jus dicere vult, legiti-
mum juris tramitem sequitur, l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. Cund.
vi. l. pen. & ult. ff. Ad leg. Jul. de vi priv. (C) quæ vox cum latissi-
mè pateat, l. 6. ff. de V. S. absque dubio omnis generis judiciis
eam competere non dubitamus, etiam criminalibus, pr. Inst.
de obl. qua ex del. nasc. (D) quòd vel ad distinctionem aliorum
actuum, qui extra omnem controversiam existentes, coram
iudice expediuntur, ut sunt actus voluntariæ jurisdictionis,
quales sunt manumissiones, adoptiones, l. 2. ff. de O. proc. §. 6. &
7. ibi competentes iudices, Inst. quib. mod. jus pot. solv. §. 2. Inst. de li-
bertin. (E) non enim omnes res controversæ coram solo ju-
dice componuntur, sed quædam etiam amicabili compo-
sitione & partium conventionione finiuntur l. 1. ff. & C. de trans.
l. 229. ff. de V. S. (F) propter hanc enim, ut iudex causam à liti-
gatoribus sufficienter tractatam, disputatam apud se disce-
ptet, tora lis cœpta fuit, disceptationis enim vocabulum
omnibus iudicii personis principalibus tam litigatoribus,
ut rem dubiam & litigiosam examinent, de quæ eâ invicem
disputent & disceptent l. 34. ibi: hac disceptatio ff. de neg. gest.
quàm iudici commune est, ut scilicet disceptatione suâ to-
ram causam controversam finiat, c. forus. de V. S. Inde quæ ar-
biter etiam disceptator dicitur, l. 3. §. 1. ff. de rec. arb. nec absur-
dum quis putet dici, iudicem causam apud se discepta-
re, similem enim habemus locutionem Ulpiani in l. un. §. 2. ff.
de O. cons. & l. 20. §. 4. ff. de manum. vind.

THES. II.

*Dividitur autem iudicium in primum,
sive primæ instantiæ, vel in secundū (A) pri-*

imum

mum est, quo res controversa in prima instantia apud judicem tractatur & disceptatur: Estque vel militare vel paganicum, Militare est quo à judice militari, causa disceptatur. (B) Atque hoc est vel civile vel criminale, illud, quo de negociis militum privatis disceptatur, (C) hoc, quod in delictis militaribus locum habet. (D)

(A) Quod ita demum locum habet, si sententia in primo iudicio lata per appellationem suspensa sit, vel alio modo prior sententia injusta vel nulla arguatur, cujusmodi multa genera recensentur à Bendoro *de revis. in præm. n. 2. 3. & 4. Ritt. in exp. Nov. part. 10. c. 8.* tunc enim ad aliud iudicium pervenitur. *l. 1. §. 3. l. 21. ff. de Appell.* primum etiam iudicium & Appellatio invicem sibi opponuntur *l. 5. C. de dilat.* Verum misso secundo, de primo videre nobis curæ erit. (B) *tot. tit. C. de offic. milit. jud. & tit. ut omnes iudices tam civ. quam mil. nam & militaribus magistratibus iudicandi facultas concessa est, ut & audiant controversias easque dirimant & pro sui & legis scientia altercationibus finem imponant l. 17. C. de iudic.* (C) *l. 1. C. d. O. milit. jud.* sicut enim privati, ita etiam milites inter se contrahunt, testamenta faciunt, seseq; invicem obligant, ex quibus deinde actiones nascuntur quæ coram militaribus iudicibus competenter tractandæ sunt, de quibus *Obr. disp. ult. à thes. 1143. & seqq. usq; ad thes. 1152.* (D) ut à ducibus suis puniantur milites, *l. 3. ff. de re milit. de quibus Obr. disp. ult. thes. 1153. & seqq. usq; ad finem Ampliss. Dn. Arum. Vol. 1. juris pub. disc. 23. th. 7. & de Off. milit. iudiciū vid. etiam Obr. d. disp. fin. th. 348. R. A. de ann. 1570. sub t. Reuter Bestallung S. wie das Reuterrecht soll gehalten werden.*

A 3 THES. III.

THES. III.

Sequitur Paganicum: (A) quod est vel Ecclesiasticum vel seculare: (B) Ecclesiasticum, est legitima causa disceptatio, coram ecclesiastico iudice facta (C) Seulare est quod coram iudice seculari peragitur (D) Est q³ Criminale, quod non attento privato interesse, tendit ad vindictam publicam, (E) vel civile. (F)

(A) Ita dictum quod inter paganos, hoc est non militantes locum habeat, militari enim opponitur in iure paganicum, *pr. Inst. de milit. test l. 14. ff. de milit. test.* sic privati & privatæ conditionis homines militantibus opponuntur *in l. 1. § 2. C. de O. milit. jud. & nov 33.* (B) cum enim & personæ Ecclesiasticæ militiam non sequantur, ideo haud injuria paganis adnumerantur, arg. eorum quæ supra dicta sunt. (C) *c. 4. c. 10. extr. de iudic Rittersh. in expos nov part. 9. c. 3. n. 7. Pac. Isagog. in decretal. de iudic n. 2. Obr. disp. 11. thes. 85.* (D) Atque in omnibus controversiis atque delictis quorum in toto iure nostro mentio fit, vertitur, (E) *Obr. disp. de iud. 11. thes. 132. Sich. ad rubr. C. de iudic. n. 12.* De uno etiam eodemque delicto & criminaliter & civiliter agi potest. *l. fin. ff. de furt.* sic per vim de possessione dejectus, postquam de eâ recuperanda interdicto unde vi usus fuerit, non prohibetur lege Juliâ de vi publicam instituere accusationem, idemque de falsi crimine dicendum *l. un. C. quan. Civ. actio crim præjud.* (F) de quo *infr. th. seq.*

THES. IV.

Criminale iterum est publicum vel privatatum: Publicum (A) est, quo certâ lege
con-

constitutâ (B) publicum crimen factum
pœnis legitimis vindicatur: Estq; capita-
le, (C) quod morte (D) vindicatur, vel non
capitale, quod morte (E) non vindicatur:
privatum est, quo delictum privatum,
nec lege aliquâ publicum factum, crimina-
liter, (F) tamen vindicatur: Civile autem
est quo de causâ aliquâ vel tuenda rei fa-
miliaris (G) vel vindicta privata (H) gra-
tiâ agitur. (I)

(A) Dicitur ex eo, quod cuius ex populo persecutio ejus
criminis plerumque comperat, §. 1. *Inst. de publ. judic.* nam sic-
uti ipsum crimen dicitur publicum ita etiam iudicium, quo
illud crimen vindicatur. (B) hoc enim distinguuntur priva-
ta delicta à publicis, neque enim omnia iudicia, in quibus
crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantum quæ ex LL. ju-
dicialium publicorum veniunt. l. 1. ff. de publ. judic. l. 3. §. 2. ff. de
prevar. atque ita dicitur de Cornelio Sylla quod quæstiones
publicas veluti, de falso, de parricidio & de sicariis con-
stituerit, l. 2. §. 32. vers. deinde ff. de Orig. jur. atque etiamnum di-
cimus legem Corneliam de Sicariis & de falsis per rubricas ff.
& C. eod. (C) dictum à capite, quod scilicet ex eo iudicio se-
cutâ pœnâ caput condemnati de civitate eximatur l. 2. ff. de
publ. jud. l. 103. de V. S. Wesemb. in parat. ff. de judic. lit. C & seq. (D)
tam naturali l. 2. ibi; pœna mors ff. §. 2. ibi ultimo supplicio *Inst.*
de publ. judic. Ultimum enim supplicium hic intelligitur ani-
mæ, non civitatis amissio §. 3. & pœna gladii §. 4. & capitis
pœna, quæ ferro imponitur. §. 5. *Inst. de public. jud.* quam civili
d. l. 2. ibi; per has enim pœnas eximitur caput de civitate ff. de judic. §. 2.
Inst. eod. aquæ enim & ignis interdictio proxima morti natu-
rali pœna est, l. 28. pr. ff. de pœn. & deportatus mortuorum loco
ha-

habendus l. 1. § 8. ff. de bon. poss. cont. tab eodemque modo ser-
vi pœnæ (quales sunt in metallum damnati §. 3. Inst. quib. mod.
jus pot. solv. l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. cont. tab.) quoad jus civile per-
inde quasi mortui habentur. §. 1. Inst. quib. mod. jus pot. solv. l. 32.
ff. de R. l. l. 61. ff. de Interd. & releg. Wesemb in parat. ff. de publ. jud.
lit. c. Ampliff. Dn. Theodoricus in coll. crim. disp. 1. th. 16. (E) neque
enim naturali nec civili coereetur, sed absque omni capitis
periculo, relegatione, infamiâ, pecuniariâ aut corporis coer-
citione aliquâ puniuntur rei. d. l. 2. ff. de publ. jud. & 2. Inst. eod.
Magnif. Dn. Theodor in coll. crim. thes. 16. disp. 1. (F) atque in furtum
quod est delictum privatum l. fin. ff. de furt. & tot. tit. pr.
delict. etiam criminaliter vindicatur ex l. ult. ff. de furt. l. un. C.
quom. & quan. civil. act. crim. (G) idque accidit in omnibus ju-
diciis, ut vel res nobis debitas, vel nostras, ab alio detentas
persequamur. pr. & §. 1. Inst. de Act. tunc enim rem nostram fa-
miliarem tuemur, atque hæc actiones appellantur rei perse-
cutoria, ob id enim comparatae sunt §. 17. Inst. de Act. (H) ob
vindictam quoque privatam, pœnam persequimur vel solam,
ut accidit in furti actione, rem enim vindicatione vel con-
ditione persequimur §. 18. Inst. de Action. §. 26. Inst. de Rer. Div.
l. 7. §. 1. & 2. ff. de cond. furt. Ampl. Dn. Theod. disp. crim. 2. thes. 7. per
tot. Vel persequimur rem & pœnam conjunctim, atque hæc
actiones mixtae dicuntur, quia per eas tam rei familiaris tui-
cio quam vindicta quaeritur, sic in judicio vi bonorum ra-
ptorum, res & pœna quadrupli persecutioni insunt, ita ut
pœna tantum tripli sit, §. 19. Inst. de Act. DE FEUDALI JUDICIO
cui adnumerandum sit quaeritur & sanè quædam judicia feu-
dalia rem privatam tueri, puta, quando inter dominum &
Vasallum de feudi investiturâ controversia sit. 1. feud. 4. 10. 23.
26. vel inter Vasallos 1. feud. 18. quædam vero ad vindi-
ctam tendere certum est ob feloniam tam à domino adver-
sus Vasallum, 2. feud. tit. 47. & tit. 26. tunc enim dominus pro-
prietate feudi privatur, d. §. domino. & tit. 47. Borch. in comment.
ad cons. feud. cap. 8. l. n. 133. & seqq. quàm à Vasallo adversus do-
minum commissam 1. feud. 17. 2. feud. 5. 6. 7. 2. feud. 24. quamvis
enim judicia feudalia in quibusdam à jure communi exor-
bitent, in reliquis tamen cum judiciis & stylo juris commu-
nis

nis conveniunt, ita, ut cessante consuetudine, absque calumnia uti scripto jure liceat, 2. feud. 1. (I) Ac de hoc judicio principaliter, paucis tamen, videre nobis curae erit, omissis reliquis judiciorum generibus, de quibus supra locuti sumus.

THES. V.

Causa Efficiens alia remota, alia propinqua: Remota, est vel jus gentium (A) vel civile (B) propinqua, sunt ea persona, quae rei controversae tractanda causa necessario in judicium veniunt, quales sunt iudex & litigantes: Est autem iudex (C) prima & principalior iudicii persona secundum jura causas litigantium disceptans & dijudicans. (D)

(A) Cum dominia & obligationes ex quibus actiones oriuntur & judicia, ferè omnes eodem jure introductae sint, l. 5. ff. de just. & jure. §. 2. Inst. de I. N. G. & Civ. §. 11. Inst. de rer. divis. (B) Sunt enim etiam quaedam obligationes jure civili introductae l. 5. ff. de just. & jur. ex quibus deinde actiones & judicia veniunt (C) quasi jus dicens dictus, c. forus extr. de verb. sign. Jus dicere verò est jure disceptare, sive justè judicare. d. c. forus. Obr. disp. 11. thes. 33. (D) ita definitur ab officio, quod ei incumbit. l. nemo C. de sent. & interl. §. 1. Inst. de Off. jud. Et habent iudicum quidam jurisdictionem, vel notionem tantum l. 81. ff. de judic. l. 5. & 15. pr. ff. de re jud. l. ult. C. ubi & apud quem cogn. l. 99. pr. de V. S. jurisdictionem autem habet quis vel propriam vel mandatam. tot. tit. ff. de eo cui mandat. est iurisdic. Propriam habent Praetor, Praeses,

B

15.

l. 5. 10. ff. de Id. l. un. ad l. Jul. de amb. l. 1. § 81. ff. de judic. l. ult. ff. quis à quo appell. l. 1. pr. ff. de Off. ejus cui mand. l. 13. ff. de jurid. Mandatam jurisdictionem habet legatus proconsulis l. 1. §. 1. de Off. ejus cui mand. l. 12 ff. de judic. l. 4. §. 6. ff. de O. proc. & leg. Atque hi qui jurisdictionem sive propriam, sive delegatam habent, etiam alios judices dare possunt l. 12. ff. de judic. l. 1. ff. de Id. notionem seu cognitionem tantum habet judex datus, l. 5. l. 15 ff. de re judic. qui etiam delegatus l. 5. C. de judic. & specialis l. ult. ff. de O. prat. & pedaneus appellatur tot. tit. C. de pedan. judic. l. fin. C. ubi & ap. quem cogn. Dicitur etiam judex alius Ordinarius alius delegatus, per rubr. & nigr. extr. de off. & potest. jud. deleg. & de Off. jud. ordin. Ordinarius, est magistratus, qui suo & proprio jure habet jurisdictionem. l. 4. C. de Off. pref. pret. Or. l. fin. Cod. de O. pref. August. Ampliss. Dn. Fomannus in prael. ad cap. 7. quest. 1. extr. de probat Delegatus est qui non suo, jure jurisdictionem vel judicandi potestatem habens, ex alterius commissione dependet, c. 27. extr. de O. & pot. jud. del. Generaliter verò qui neque jurisdictioni præest, neque à principe potestate aliqua præditus est, neque ab eo, qui jus dandorum judicum habet, datus est, nec ex compromisso sumptus, vel ex aliqua lege confirmatus est, judex esse non potuit, l. 81. ff. de judic.

THES. VI.

Litigantes sunt actor & reus, Actor (A) est, qui in judicio à parte adversa sibi quid fieri petit, darive (B) Reus (C) cum quo in judicio de re aliqua controversatur.

(A) Is enim qui ad judicium provocat, sive qui prior actionem instituit, ita appellatur l. 13 l. 29 ff. de judic. atque ita videtur etiam esse principaliter actor, is, qui in communi di-

vi-

vidundo iudicio, familiae eriscundae & finium regundorum
prius ad iudicium provocavit. *d. l. 13. ff. de iudic. Ampliff. Dn.
pres. in pral. ad cap. 3. extr. de probat. q. 1.* (B) neque enim res
aliter expediri potest, quam ut alter petitoris onera susti-
neat, alter possessoris commodo fruatur, *l. 62. ff. de iudic.
§. 4. Inst. de interd.* Onus autem actoris sustinere pos-
sunt omnes, qui non prohibentur, *arg. l. 8. ff. de accus.* Pro-
hibentur autem Illustres pro se litigare *l. 25. & Auth. hoc ius
Cod. de proc.* Ob potestatem: magistratus annui *l. 48. ff. de
iudic.* An idem de perpetuis magistratibus dicendum?
Eos ad agendum admittendos laudet *l. 30. ff. de injur. iunct.
l. 34. ff. de reb. cred. & d. l. 48. ff. de iudic.* Impuberes quoque
& minores sine tutorum & curatorum autoritate ab agen-
do arcentur *tot. tit. C. qui legit. pers. stand. in jud.* Imò quam-
vis curatorem non habeat minor, adhuc tamen ei cura-
tor in litem quantumvis invito dari potest, *§. 2. Inst. de Cu-
rat l. 3. §. 2. ff. de tutel.* Quod si minor sine curatore consti-
tutus, juret de stando iudicato, nec contraveniendo gestis
& gerendis in ipso iudicio, anne iuramentum firmet ita
rem iudicatam, ut non contravenire possit? Quod affir-
mandum videtur per *Autent Sacramenta C. si advers. vend. c. 2.
de pact. in 6.* quia sive actor sive reus sit, Vincat aut succum-
bat in iudicio, neutri injuria fit *c. 28. de jurej.* si enim vincat
minor, sententia juris ratione subsistit, etiamsi hoc jura-
mentum non praestiterit *l. 14. C. de procurat.* Si victus fuerit,
iuramentum eum stringit ad faciendum iudicatum per *d.
Auth. Sacramenta & ibi Sich n. 34. in fin. & Azon n. 2 C. si advers.
vend. Jaffred. Lanfr. Balb. decis. 68.* neque enim volenti fit inju-
ria. sed & furiosi, mente capti, *§. furiosus Inst. de Inut. stip l. 5. ff.
de R. I. & prodigus l. 1. C. de Curat. furios. l. 10. ff. eod. prohiben-
tur, prodigi enim furiosis comparantur, & quoad bona eo-
rum pertinet, furiosum faciunt exitum l. 12. ff. de tut. & curat.
prohibetur & servus. l. 6. cum seq. C. de iudic. l. 13. ff. si quis caut.
iudic. sist. caus. l. vix. ff. de iudic.* adeò ut quamvis liber habitus
egerit, posteaq; appareat servus absolvi reus deberet, *l. 44. §.
1. ff. de iudic.* Ex quibusdam tamen causis adversus dominos
consistere eis permissum est, *l. vix. 53. ff. de iudic. nec filius fa-*

miliās adversus patrem, in cujus potestate est, consistere potest, *l. lis nulla ff. de judic.* præterquam in peculio castrensi, *d. l. lis nulla 4. l. miles de castr. pecul.* ita, ut si quis Adrogaverit eum, cum quo litem antea contestatus erat, iudicium solvatur. *l. ii. ff. de judic.* Adversus alios autem agere potest utili iudicio, si vel studiorum vel legationis causa ab sit, & furum vel injuriam sit passus. *l. si longius ff. de judic.* supra dicta de peculio castrensi, etiam ad quasi castrense referimus per *l. 4. & 14. C. de Advocat. 1.* Mulieres etiam in civilibus suo nomine postulare non prohibentur, *l. 1. §. 5. ff. de postul. l. 41. ff. de procurat. §. fin. Inst. de Except.* sicut nec prohibentur milites *§. fin. Inst. de Except. l. 8. §. 3. ff. de procurat.* tamque mulieres quam milites in criminalibus suam injuriam persequi non prohibentur, *l. 8. l. 4. 5. & 12. C. de his qui accus.* Invitus autem nemo agere cogitur, *l. unic. C. ut nem. Invit. ag.* nisi in casu Legis diffamari. *5. C. de ingen. manum.* Cujus legis virtus etiam ad alias diffamationes extenditur à Dd. adeo, ut quando quis alium diffamat de aliquo delicto, aut prætexendo, se habere jus in fundo & bonis alterius, diffamatus petere possit à iudice, ut statuatur terminum diffamanti, intra quem agat vel accuset, quo casu intra terminum à iudice illi constitutum agere vel accusare cogitur, nisi in totum juri suo renunciassè videri velit *l. diffamari. 5. C. de Ingen. manum. Miss. Myns. Cent. 3. Obs. 78.* atque ita receptum etiam in Imperiali *part. 2. Ordin. tit. 25. Gail. 1. Obser. 9. 10. & seqq.* Sed nec ii, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem usque ad finem exercere iudicium, se hoc prætextu defendere possunt quod invitum agere compelli non possint. *Nov. 113. cap. 3. in princ.* Sunt etiam alii casus in quibus, à regula receditur & actores invitum agere compelluntur vel accusare, de quibus *Azo in summ. Cod. ad tit. ut nemo invitum agere num 1.* In Camera quoque Imperiali Actores esse extra dubium est, & vocantur passim Kläger *p. 3. Ordin. tit. 12. & seqq.* de eo verò dubitatur an suo nomine sine procuratore agere quis possit ibidem? *Myns. ad tit. Inst. de his per quos ag. poss.* negat, ait enim *in pr. tit. n. 4. in*

in Supremo Germanici Imperii tribunali (quod Imperialis
Camerae iudicium vocant,) nullæ hodiè penitus causæ agi
possunt sine ministerio forensium procuratorum, quorum
semper viginti quatuor existunt: id quod de Impericis li-
terarum facillè concedendum, de iis verò qui pro more &
stylo res suas ipsi tractare possint absque procuratore,
curidem dicendum sit, nihil suadet, siquidem nullo ju-
re Camerali prohibetur aliquis propriam causam agere:
Imò si alii extranei procuratores extra numerum jurato-
rum constituti ad agendas principalium causas dari pos-
sunt, *part. 1. Ordin. tit. 25. p. 3. O. t. 12. §.* Unde esset
curid habilis persona in propriâ causâ facere prohibeatur:
ita tamen ut quemadmodum extraneus procurator, ita
talis principalis etiam de calumniâ & malitiâ vitandâ
jurare debeat *part. 1. O. tit. 25.* Atque ita procuratores &
Advocatos in propriâ causâ egisse apparet ex præjudiciis
à Gailio 1. Obser. 151. num. 16. & Mynsingero cent. 1. Obser.
2. allegatis. Exempla quidem peregrinorum vel ob id
rara sunt, quod ad totam causam in Camera citantur.
Myns. cent 4. obser. 33. Gail. 1. Obs. 51. num. 10. Obs. 109. num. 3.
Atque ita citatio emanavit contra Episcopum, Decanum
& capitulum Leodienses & consortes anno 56. & citatio
his verbis facta: *nostra Imperiali auctoritate citamus & voca-
mus vos ut ad præmissam constitutam juridicam diem, quam
vobis ad hoc similiter peremptoriè assignamus vel si dies ipsa
juridica non fuerit, extunc proximâ causarum audientiâ per
vos vel vestros procuratores & Syndicos in Auditorio nostro com-
pareatis ad docendum, allegandum hujusmodi causas rationa-
biles & de super ambas istas causas tam ratione assertæ commissæ
pœne, quam ratione restitutionis, nec non ad omnes & singu-
los actus & terminos judiciales in his servare solitos & consuetos
usque ad sententias diffinitivas inclusivè processuri & procedi
visuri & audituri. &c. Ruland. in thesaur. jur. execut. class.
10. relat. & votor. Cameral. &c.* quia itaque nemo peregrino-
rum iudicio superesse tam diu potest, donec finiatur,

B 3

ideò

ideo è re sua quilibet esse putabat, procuratorem juratum ibidem loci domicilium habentem, pleno mandato legitimare; rarum etiam propterea, quod controversiarum maxima pars vertitur inter Principes & Illustres qui etiam ante ordinationem de jure communi nisi per procuratores litigare poterant *leg. 25. C. de procurat.* idque quia mutatum non est, etiamnum obtinere potest *part. 3. O. t. 54. in princip.* ideoque reliquos non illustres in Camera suas causas agere posse verum videtur, nam & articulos suos ipsi producere possunt *p. 1. O. tit. 70. ibi: so der Kläger selbst seine articulos Mittel des Eyds vbergibt:* eodemque modo reus jurat, se responsurum productis articulis *d. p. 1. O. tit. 71. 72. (C) à repetitâ dictus c. forus de V. S.* Atque hic nolens & invitus necesse habet respondere, nec ut actor liberam, ita reus eandem potestatem habet respondendi quando velit *l. 83. §. 1. ff. de V. O. l. 5. ff. de dol. mal. & met. except.* id tamen favoris reus habet, ut actor regulariter sequi debeat forum rei *l. 2. l. 5. C. de Id. omn. judic. l. fin. C. ubi in rem c. cum sit generale. 8. extr. de for. comp.* Non possunt autem conveniri Infans, pupillus, furiosus, mente captus, (propter defectum intellectus *l. 1. & 2. ff. de admin. tut. l. 5. 4. ff. de re judic.*) nec minor absque tutoribus & curatoribus reus deferri potest *l. 2. C. qui legit. pers. stand. in judic.* Ob dignitatem quoque magistratus, quandiu in officio sunt neque ipsi, neque pupilli eorum conveniri queunt, quod tamen de majoribus & temporariis intelligendum est. *l. 32. ff. de Injur. l. 2. ff. de in jus voc.* Illustres verò semper tam agendo quam excipiendo procuratoris personam in negotii sui jura substituere debent. *l. 25. C. de procurat.* nec legati, conventi respondere cogi possunt, sed jus revocandi domum habent *l. 2. l. 5. l. 8. l. 24. ff. de judic.* At nec solis legatis, sed etiam aliis negotiorum executoribus hoc jus revocandi domum competit, velutiis qui testimonii causâ evocati sunt, vel quid judicandi causâ vel in provinciam destinati, vel tutelæ unius red-
den.

dendæ causa evocati, propter aliam respondere non com-
pelluntur *d. l. 2. §. 3. ff. de judic.* id tamen differentiæ est
inter legatos, & alios extra domicilium constitutos, ut le-
gati omninò non teneantur respondere, si ibi contraxe-
rint ante legationem siue non, reliqui verò ob alias cau-
sas evocati ibi teneantur respondere de eo, quod ante-
hâc contraxerunt in eodem loco. *d. l. 2. §. 4. ff. de judic.* in eo
verò conveniunt, ut, quod in legatione contraxerunt,
vel reliqui ob alias causas ibi morantes sese obligarunt,
ob id etiam se defendere debeant, adeò ut etiam propter
delictum ab ipsis commissum, iudicium pati cogantur
l. 24. ff. de judic. l. 25. ff. eod. nemo tamen iudicium acci-
pere debet ex eo, quod legationis causâ constituit. *l. 8. ff. de
judic.* causa enim & origo pecuniæ constitutæ prævalet ipsi
obligationi, ex iudicio ortæ *l. 33. ff. de donat.* nec de eo
quod adiit hæreditatem respondere, satisfacere tamen de-
bet legatariis, vel pati missionem fieri in possessionem
rerum hæreditariarum *l. 26. ff. de judic.* quando tamen pe-
riculum in mora est, ita, ut dies actionis exitura sit, cau-
sa cognitâ, iudicium Prætor in eum dare debet, ut lis con-
testetur, ac per hoc actio perpetuetur *l. 28. §. 4. ff. de judic.
l. omnes. 139. ff. de R. I.* in quo titulo adhuc plura de iure re-
vocandi domum videri possunt. Filii familiæ tam ex con-
tractibus quàm delictis conveniri possunt *l. 57. ff. de jud. &
obligantur sicut patresfam. d. l. 57. l. 5. §. 5. ff. de Obligat. &
Actionib. l. 33. ff. de Noxal. action.* An servus reus fieri pos-
sit & ex suo contractu vel delicto conveniri, quæritur?
quod videbatur ex naturali ratione, quâ omnibus defensio
communis est: Quia tamen dominus tam ex delicto, quam
ex contractu pro eo convenitur, ut si ex contractu obliga-
tus videatur servus, vel quod iussu in solidum dominus *l. 1. in
pr. l. 2. vel quatenus iussit l. 3. ff. quod iussit. quia is, qui ita contra-
hit fidem domini sequi videtur, teneatur §. 1. Inst. quod cum eo
qui in al. vel exercitoria l. 1. §. 19. l. 4. §. 2. & 4. ff. de exerc. parvi n.
refert. qui exerceat, masculus, an fœmina, paterfam. an filius-
fam. an etiam servus sit Wesenb. in parat. de Exercit. act. n. 4. vel
Institoria l. 1. l. 5. §. 3. ff. de Instit. action. §. 2. Inst. quod cum eo. vers.
Inst.*

Institoria l. 19. §. 3 ff de judic. vel tributoria l. 1. ff. de tribut. act. §. 3. Inst. quod cum eo qui. vel de in rem verso actione l. 1. ff. de in rem vers. quid autem in rem versum videatur in l. 3. §. 1. ff. de in rem vers. & §. 4. Inst. quod cum eo. de re est. Vel de peculio actione dominus servi nomine in judicio pulsetur l. 6. ff. de Exerc. action. l. 1. 2. & ff. de pecul. §. 4. Inst. quod cum eo §. 10. Instit. de Action. Si verò ex delicto, dominus ejus nomine, noxali actione teneatur, quæ adversus dominum non ex contractu, sed ex noxa sive maleficio servi datur l. 1. ff. de nox. act. quo casu in plus non tenetur dominus, quam ut aut litis æstimationem sufferat, aut servum noxæ dedat. l. 1. 2. ff. & §. 1. Inst. de Nox. action. Ideo sequitur semper dominum, nunquam verò servum reum esse quandiu dominus eum defendere velit, si tamen eum dereliquerit, tunc sibi ipsi auxilium ferre non prohibetur l. 15. ff. de Appell.

THESES VII.

Accedunt (A) autem iis, qui necessario in judicium veniunt, sive qui primario judicium constituunt. Judici quidem Adseffores (B) qui sunt jurisprudentes (C) ideò assumpti, ut consiliis suis iudices adjuvent (D) Actuarii, qui sunt scribæ publici (E) ad iudicis (F) & partium (G) informationem acta iudicii conscribentes & recitantes (H) Executores, (I) qui ad faciendam processuum & iudiciorum (K) executionem operam suam ad iussum iudicis accommodant.

(A) Atq;

(A.) Atq; hinc etiam accessoriae dicuntur eae perso-
nae, quod principalibus ad meliorem litium expeditionem as-
sistunt & opera sua juvant, *Trentl. vol. 1. disp. 12. §. 3. lit. a. Rit-
tersh. in expos. Nov. part. 9. c. 4. n. 6.* complent siquidem partem
judicum Adseffores, *Nov. 82. in pr.* & dicitur iudicium actus
legitimus trium personarum non plurium *ab Azon. in sum. C.
de jud. n. 3.* (B) ita dicti quod iudicibus adfideant in cōsilio *l. 2.
3. 5. 6. ff. de O. Adseff. & consiliorum participes l. 1. C. de Adseff. l. 5.
ff. de O. & ass.* (C) sive juris studiosi *l. 1. ff. de O. Ass.* quo nomine
modestè ita honorari videntur. (D) *l. 1. 7. C. de Ass.* Ex quib. col-
ligitur non nisi doctos Assessoris officio fungi posse per *l. 1. ff.
de O. Adseff. in verb. juris studiosi. Ampli. Dn. Arum. lib. 2. decis. 1. n. 1.
& 16. & vol. 1. jur. publ. disc. 32. th. 196. multisq; seqq.* Asciscuntur
autem in assessores tam paterfam. quam filiiam. *l. 7. C. de Ass.
& libert. l. 2. ff. de O. Adseff.* non infames, sed integræ existima-
tionis, *d. l. 2.* non debent autem cogi necessitate libertati in-
congruâ, nec meru terribili, sed spe pramiorum atq; honori-
ficientiâ *l. 1. C. de Ass.* Infames autem assidere non possunt *l. 2.
ff. de O. Ass.* Assumebanturq; à iudicibus *l. licet omnibus 12. C.
de Ass.* qui in publicis constituuntur administrationibus *l. 1. C.
eod.* An ergo iudices dati Assessores assumere possint? tales sa-
nè dari debere iudices, qui per se poterunt nosse quod justum
est, nec aliunde emendicare opus habeant iudicandi potesta-
tem ait Imperator in *Nov. 82. in pr. & Nov. 60. c. 2.* ubi tamen de
legati principis sicut in aliis, etiam ab aliis iudicibus datis se-
parantur, ibi: nisi per omnem consequentes litem ipsi cum
suis consiliariis audiant causam *d. Nov. 60. c. 2. in fin.* De iurè
verò Canon. assumere possunt, siquidem eis indigeant, si ve-
rò eis non indigeant, & tamen fraudulenter consiliarios ad-
sciscere velint, suis sumptibus, hoc facere debent, §. *Assessorem
c. statutum. 11. de Rescr. in 6.* Ita ergo asciti Adseffores iudicibus
consiliis suis fideliter assistant, neq; concedant, ut contra jus à
iudice aliquid fiat ex ipsorum consilio, alioquin, si iniquè iu-
dicatum fuerit, ipsi tenebuntur edicto quod quisque juris in
aliū statuerit, ut ipse eodem iure utatur, *l. 2. ff. quod quisq; nun-
quam autem sine iudicibus consilarii jus dicere l. 13. C. de Ass.*
imo quamvis administratores sint, multis aliis curis detenti,

C

nub-

nunquam tamen causam ita adfessoribus committere debent, quin litis contestatio, & medius aliquis iudicii actus & ultimus sententię ferendę scilicet, ipsis pręsentibus, audientibus & iudicio finem per sententiam imponentibus & appellationes suscipientibus fiat, *Nov. 60. c. 2. §. 1. Rittershus. in expos. Nov. part. 9. c. 8. n. 2.* delegati verò & omnes, qui nullam administrationem habent, debent causam universam ex integro audire & cognoscere per se, non per adfessores *d. Nov. 60. c. 2. §. 2.* Quę verò Adfessorum sint privilegia videre licet *ex l. 7. & 11. C. de Assess. & ibi Azo in sum. Cod. n. 11. (E)* At si publica persona haberi non possit, duos viros idoneos in ejus locum iudex constituat, qui universa acta judicialia conscribat *cap. quoniam de probat. (F)* conscribat autem eo fine ut ex actis iudex primę Instantię informationem capere queat ad sententiam ferendam: Ex libello siquidem quę continetur petitiō actoris, sententiam formabit. *arg. l. 18 ff. com. divid.* si tamen exceptione quadam elisa sit intentio actoris non sequetur condemnatio, obstat enim exceptio, vel etiã si non probaverit intentionem actor, itidem reum absolvet *l. 4. C. de Edend.* atq; hęc omnia ex actis apparebunt: & si postea ad appellationem perventum sit, iterum ex actis informabitur Iudex an deserta sit, nec intra justum tempus interposita: ex actis quoq; de nullitate processus informabitur iudex Appellationis: Ac, ut iudici ad quem vel de iniquitate vel nullitate constare possit, in Camerã compulsoriales ad edenda acta prioris instantię decernuntur, *part. 2. O. tit. 31. §. 1. & aliquot seqq. part. 3. O. tit. 31. §. 1. & seqq.* Quę verò sint acta judicialia, videre licet *inc. 11. extr. de prob.* quibus inferendam etiã esse relationem apparitoris testatur *Myns. cent. 1. Obs 77. & Rosb. in proc. tit. 22. n. 30. Ampliss. Dn. Preses. in prelect. ad cap. 11. q. 3. extra de probat. p. 1. Ord. tit. 37. §. Und als bald. & §. fin. & tit. seq. §. fin. junct. p. 1. O. c. 35. §. Ferner soll der Botenmeister. & §. es soll auch. eod.* Quid verò actorum nomine contineatur. *Vid. ap. Frid. de proc. extr. lib. 2. c. 47. n. 19. R. A. de anno 70. §.* In den Appellationssachen werden die Partheyen/etc. (G) Partes verò informationem etiã capiunt, si dilatio viginti dierum reo ad deliberandum non data, sed sine eã lis contestata sit, tunc ex ipsis actis non apparente dilatione concessã, reus adhuc deliberare potest
intra

intra præstitutum tempus, perinde, ac si lis nulla contestata sit, *Auth. Offeratur C. de lit. contest.* Dilationes autem inter acta connumerari testatur *c. quoniam: ibi dilationes extr. de prob. &* quia sunt peremptoriae, actis inserendas, *Ampliss. Dn. Pres. in præl. ad c. quoniam 11. q. 3. extr. de probat.* Sed si ex actis appareat dilationem datam fuisse, Reus verò eandem præterire siverit & viginti diebus effluxis super negotio litem contestatus sit, tunc nec deliberare amplius poterit, nec judicem datum recusare, *d. Auth. offeratur, C. delit. cont.* atq; hoc casu, aliisq; multis instruitur actor contra reum, quotiescunq; enim acta edi alicujus intersit, edenda peti possunt, *Frider. lib. 2. process. extr. cap. 47. n. 20. (H) c. quoniam extr. de probat.* In Camerâ appellantur prothonotarii eorumq; sunt numero duo, & hi duo simul, vel unus, juncto Notario, in judicio gesta dicta pro se quisq; summâ fide excipere & post audientiam prothocolia sua conferre debent, *p. 1. ord. tit. 28. §. Weiter ordnen wir/ etc.* Unde intelligendum, quod actuarii omnia gesta & dicta annotare debeant; Quid enim si contra actum aliquem protestatio facta fuerit, an notanda? Exceptiones sanè oretenus prolatas notandas esse testatur *Ampl. Dn. Pres. in prælect. ad c. quoniam. q. 6. de prob. (1)* aliàs viatores, Apparitores sive nuncii, dicti *Boten / Gerichtsboten vnd Cammergerichtsboten* quorum duodecim jurati in camerâ Imperiali sunt, *p. 1. O. tit. 47. §. So sollen/ etc.* quorum officium est, ut jussu judicis circa processus exequendos à judice vel nunciorum magistro *Botenmeister part. 1. O. tit. 35. §. Solchem zu begegnen/ p. 1. O. tit. 37. §. Weiter wollen wir/ etc.* sibi demandatos debito modo adimpleant, nec alii executionem committant, *Myns. cent. 1. obs. 77.* qui tamen idem limitat *in cent. 5. obs. 51. Gail. 1. obs. 55. n. 7.* *Ampliss. Dn. Pres. in prælect. ad c. quoniam 11. q. 3. extr. d. prob.* Executores cameralium processuum statim post executionem, antequam gesta excidant memoriâ ea scribere & actis insinuanda tradere debent, *p. 1. O. tit. 38. §. nach dem auch penult.* quomodo autem sive adversus Principes vel principali dignitate eminentes, §. *Erstlich so ein Bot / sive adversus prælatos Abbates & similes §. Zum andern / sive adversus comites & Barones §. Zum dritten/ sive adversus Consules & senatum alicujus civitatis vel pagi §. Zum vierdten/ sive adversus judi-*

etiam aliquod §. Zum fünfften / sive adversus Universitatem
vel communitatem §. Zum sechsten / sive adversus privatam
personam §. Zum siebenden / processus exequendi sint *in t. 38.*
part. 1. ord. satis abundeque apparet, Edicta quoque; proscriptio-
nes aliaque; diplomata locis processu comprehensis vel prout e-
dem datum fuerit, publice suspensa denunciaret & proponat.
d. p. 1. t. 38. §. Zum achten / Exequuntur etiam processus Notarii
publici & immatriculati, eodem modo, quo nuncii Camera-
les, nisi, quod super executione facta instrumentum confi-
cere debeant & utriusque; parti petenti communicare *p. 1. O. tit. 39.*
§. Und sollen *fin.* (K) in ipsis enim judiciis etiam opera ipso-
rum intervenit, puta pro citandis testibus ad testimonium di-
cendum aliosque; actus, ubi praviâ citatione propter præs-
entiam litigatorum opus est, *l. 47. ff. d. re judic. l. 7. C. quom. &*
quan. judex. l. 1. §. 2. l. 3. §. 6. l. 20. ff. de testib.

THESIS VIII.

*Litigantibus verò tam Aëtori, quam
Reo indifferenter accedunt Advocati (A)
qui sunt causarum patroni (B) Juris peritia
instructi, (C) ad causas clientum suorum
agendas advenientes (D) vel Syndici, qui
sunt actores sine procuratores publici, com-
muni universitatis licite (E) mandato cau-
sas & lites ejusdem administrantes (F) vel
procuratores, qui aliena negocia mandato
domini administrant (G) vel tutores & cu-
ratores (H) vel testes (I.)*

(A) ab advocando dicti, quod scilicet ad sui favorem &
auxilium litigatores eos vocaverint, *Ferand. lib. 2. explic. c. 5.* (B)
ita dicuntur *l. 4. C. de Adv. 1.* (C) *l. 11. C. de Advoc. 1. §. 1. ibi esse eum*
qui

qui posthac subrogari voluerit, peritia Juris instructum. Possunt
autem omnes Advocati esse, qui Jurisperitiam habent,
Etiam si liberti sint, l. 2. C. de postul. etiam honorati, l. 6. §. 5. C. de
postul. laudis n. augmenta advocacione quærentur, d. l. 6. §. 5. d.
postul. hi enim ambigua fata causarum dirimunt, suaq; defen-
sionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigunt,
fatigata reparant, l. 14. C. de Advoc. 1. (D) l. 1. §. 2. ff. § l. 2. C. de
postul. atq; horum officium est laudabile, l. 4. C. de Advoc. 2. dùm
tamen abstineant à calumniis, l. 6. C. de postul. licet autem o-
mnibus Advocatos habere, qui in judiciis agere possunt, quiq;
desiderium suum apud magistratum exponi vel alterius desi-
derio contradici opus habent, l. 1. §. 2. ff. de postul. sed & pro se
quisq; pro uxore, pro focero & focru, pro genero & nuru, pro
liberis, colonis & servis ad se pertinentibus advocacionis fun-
gi officio non prohibetur, l. 3. §. 1. C. de Advoc. 2. Præter princi-
pales quoq; etiam Syndici, procuratores, tutores curatores &
defensores advocatos habent. Et quidem quoad Syndicos
jam dicta exinde probantur, quod Syndici sive actores com-
parantur procuratoribus, l. 1. §. 3. l. 6. §. 3. ff. quod cujusq. univers.
parem enim potestatem in causis universitatis totiusq; colle-
gii, Syndicus habet, quam procurator in privatis negociis,
Rosb. in process. tit. 12. n. 36. atqui procuratores Advocatos ha-
bere posse dubium non est, hi enim ex mandato personæ
principalis vicem sustinent, l. 1. ff. de procur. At in actore non
requiritur jurisperitia, sed sibi causæ patronum advocare
potest, Ergo nec in procuratore requiretur, atq; ita stylus ju-
diciorum plerumq; ita se hodiè habet. Quamvis in Camerâ
indocti procuratores nō admittantur, sed tantùm literati qui
omnes præter testimonium legalis scientiæ, quod habere de-
bent, etiam examinantur, antequam in numerum referantur,
qui ita approbati, Advocati & procuratoris officio simul fun-
gi nequeunt, procuratorum enim & Advocatorum officia di-
stincta sunt, p. 1. O. t. 19. §. Nach dem sich täglich begiebt/ ibi pro-
curatorn oder Advocaten åmpfer vnterschiedlich seynd/ & is qui
procurator est, alterius procuratoris Advocatus esse nequit,
in unâ tamen causâ Advocatus & procurator aliquis esse
potest, sed tunc quasi extraneus habetur Advocatus, d. §.
Nach dem in sin, Tutores quoq; & curatores pupillorum &
C 3 minorum

minorum legitimam standi in iudicio personam non habentium, l. 1. § 2. C. qui legit. pers. vicem & partes sustinent, l. 1. § 2. & 4. ff. de administr. tut. ideoq; & hi Advocatos, sicut etiam defensores habere possunt, hi enim multis in casibus cum procuratoribus conveniunt, arg. pr. Inst. vers. tutores de Satisfat. In Camerâ, quamvis Advocatorum juratorum satis multi sint, p. 1. O. t. 19. §. Nach dem sich in fin. cuilibet tamen litiganti alium advocatum non juratum assumere licet, d. §. Nach dem ibi: oder anderer Dre nehmen / hoc autem privilegii consequuntur ex Advocacione, ut quicquid adquisierint, vice Castrensis peculii habeatur, idq; filii familias tanquam præcipuum vindicare, nec in collationem inducere cogantur, l. 4. l. 14. C. de Advoc. 1. nam & Advocati militant, & lis bello ablimilis non est, sicut enim partes bellum movent, ita etiam partes litem: & sicut Duces belli summæ rerum præficiuntur, ut eorum ductu & imperio res administraretur, sic advocati quoq; eliguntur, ut suæ defensionis viribus lapsa erigant, fatigata reparent, spem, vitam & posteros defendant; in bello milites operam suam præstant, in lite procuratores & alieni negotii curatores, in bello armis: in foro scriptis, gloriosâ voce & testibus: illic de civitatibus & regnis disceptatur: hic possessiones & cæteræ opes in controversia versantur, l. 14. C. de Advoc. (E) nihil autem interest, sive civitas actorem constituat, sive aliud collegium, puta vectigalium publicorum, salinarum, &c. l. 1. § 1. tot. tit. ff. quod cuiusq; universi nom. modò licita sit universitas sive collegium, nec enim illicita colligere permittitur, l. 2. ff. de Colleg. & corpor. Illicita à sunt quæ nec Cæsaris, nec Scrii autoritate coierint, l. 3. ff. de Colleg. & corpor. licitè verò conveniunt religionis causâ l. 1. §. 1. ff. de Colleg. & corpor. nec tamen id hæreticis permissum est, l. 8. §. 3. & 5. C. de heret. & ibi Azo in summ. n. fin. nec ut de fide disputent, clerici convenire queunt, per hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirentes, l. 4. C. de Sum. Trin. & fid. multoq; minus hoc aliis licebit, qui laici sunt, d. l. 4. cap. 2. §. in hibemus de heret. in 6. can. majores nostri 24. q. 1. alia quoq; conventicula omnia neq; in civitatibus, nec extra fieri permittuntur sine Autoritate & permissione, plerunq; enim ad turbandum pacem spectare videntur & regulariter omnia collegia videri illicita ait Si-
chard.

chard. in Auth. habita C. ne fil. pro patre. n. 4. per l. collegia §. in
summa ff. de Colleg. illic. 2. feud. 53. §. conventicula. Constitui au-
tem potest filiusfam. Syndicus, sicut procurator, l. 6. in fin. ff.
quod cujusq. univ. & qui nec procuratores, hi nec Syndici esse
possunt, assimilantur enim sibi invicem, d. l. 1. §. 3. l. 6. §. quod cu-
jusq. univ. An verò Syndici debeant habere peritiam juris,
quæritur, quod negandum videtur ob supra dictam rationem
Syndicorum & procuratorum in jure comparatorum, & e-
jusdem ferè juris existentium l. 6. §. 3. ff. quod cujusq. univ. At
procuratores etiam juris ignari esse possunt, modò rerum ge-
rendarum omninò non sint expertes l. 1. §. 2. ff. quod cujusq. u-
nivers. (F) l. 1. §. tot. tit. ff. quod cujusq. univ. Rosb. in proc. tit. 12. n. 2.
(G) l. 1. ff. de proc. quæ definitio quamvis generalis, & negocia
quædam judicialia quædam extrajudicialia mandantur ad-
ministranda, l. 1. §. l. 3. ff. de proc. junct. tit. tot. ff. mandati nos tamè
hic de eo, qui judicialia tantùm pro amico curat negocia, lo-
quimur, adeo, ut sic dixerim: ALIENA NEGOCIA JUDICIALIA:
definitio ad propositum satis accommodata videatur, l. 3. l. 8.
§. 4. l. 15. 16. §. tot. tit. ff. de proc. Judicialis autem est vel omnium
causarum judicialium tam præsentium, quàm futurarum, atq;
ita ferè semper in Camerâ mandata procuratoria concipiun-
tur: Welenn mit diesem öffentlichen Brieff / daß ich zu vollfüh-
rung meiner hievorigen / jegigen vnd künfftigen Käys. Cam-
mergerichtssachen / gegen wem ich die haben vnd vberkommen
möge / etc. Schwannm. proc. cam. lib. 1. cap. 42. num. 63. vel unius
tantum causæ procurator est, l. 1. §. 1. ibi: vel unius rei, l. 3. §. 4. ff.
de procur. Formam mandati procuratorii in unâ tantum causa
(videlicet Appellationis) videre licet apud Rosb. in process. tit. 20.
n. 55. §. 56. Dant autem & dantur procuratores omnes, qui
& agere possunt, nec specialiter prohibentur, semper enim
personæ procuratorum per se habiles habilitantur etiam ex
personâ principalis, ii enim deducunt in iudicium rem non
suam, sed sui principalis, qui si non habeat personam legiti-
mam standi in iudicio, nec ipse procurator stare poterit eo-
rum nomine, qui autem suo nomine agere possint vel non,
supra paucis attigimus in d. 6. lit. B. Cum verò minor ab agen-
do arceatur, an similiter à procurando arceri possit quæritur?
Et quidem postulare minorem posse, modò excesserit deci-
mum

num septimum annum, apparet ex l. 1. §. 3. ff. de postul. §. 7. Inst. qui & ex quib. caus. man. At cuius iudicii tanta stabilitas est, ut postulare possit, cur prohibeatur esse procurator? l. 51. ff. de procur. l. 23. ff. d. minor. Treutl. vol. 1. disp. 9. §. 5. lit. A. & B. non distinguendo inter procuratorem negotiorum judicialium vel extrajudicialium, cum lex non distinguat, Rittersb. in differ. jur. Civ. & can. lib. 5. c. 12. in fin. excipimus tamen eos casus, quibus in integrum restitui potest, ut nec iisdem procurator esse possit, alias facile eluderentur iudicia, d. l. 51. ff. de proc. Sunt autem etiam casus, quibus in integrum restitui non potest, nec etiam opus habet, puta si dominus ipse satisdedit pro minore, tum enim non obligatur minor, & per consequens non opus habet restitutione l. 23. ff. de minor. Atq; ita minores sine mandato fidejussorum ad defendendum admitti non debere ait, Azo in Sum. C. de fidei. min. nec enim minori quicquam nocet, sed fidejussoribus mandantibus, jure tamen Canon. minores 25. annis non admittuntur esse procuratores judiciales, c. 5. §. ult. de proc. in 6. Mulieres & milites verò arcentur ab officio procuratorum §. fin. Inst. de Except. quam vis adversarius hoc voluerit, ut miles procurare possit, si tamen casu quodam hoc prætermisum fuerit, ut non fuerit remotus & lis contestata sit, amplius repelli nequit, l. 8. §. 2. ff. de proc. Azo in sum. C. de procurat. n. 10. Mulieri etiam pro parentibus agere permittitur, causa tamen cognita, si fortè parentes morbus aut ætas impediatur, nec quæquam habeant, qui pro eis agat, l. 41. ff. de proc. An vero mater vel avia filiorum vel nepotum suorum tutrices, pro eis agere possint? Affirmat Sich. ad rubr. Cod. de proc. n. 3. Ubi dicit quod tutelæ sequela sit, etiam pro pupillis agere posse. Atq; hæc Sichardi sententia probari videtur ex l. 1. & tot. tit. C. quand. mul. tutel. offic. Servus procuratorem habere non potest, l. 44. §. 1. ff. de judic. l. Servus. C. eodem. nisi in casu, quo de statu suo litigatur, l. 33. ff. de procur. l. 1. C. de Adst. toll. §. 1. in verb. ex contrario quoq; procuratorem dari posse manifestum est. utrum id de litis procuratore intelligendum est, an de solo negotiorum extrajudicialium administratore? posterius videtur propter l. 6. & 7. C. de judic. l. 3. ff. ne quis eum qui in jus voc. prius tamen in restrictâ materiâ quo de statu alicujus dubitatur, deq; eò lis est, etiam verum est, ut is pendente lite procuratoris

ratoris officio fungi possit, nam si antequam lis ei mota est, procuratore esse potuit, pro libero se gerens, cur idem prohibeatur pendente lite ubi nihil innovari oportet? *tot. tit. ut lite pend. nib. innov. ext.* & in 6. quod regulariter ita se habere refert *Magnif. Dn. Pres. in prelect. ad rubr. & tot. tit. extr. ut lite pend. nib.* Cæterum absens dari quidem potest, non tamen invitus, *l. 1. §. 3. l. 8. §. 1. ff. de proc.* trahit enim originem ex officio atq; amicitia officium procuratorum *l. 1. ff. mandat.* Inde q; debet etiam esse gratuitum, *§. fin. Inst. de mandato. Sich. ad. l. 15. C. de procur.* Unde procuratorum, quorum in jure nostro mentio fit, non vile officium esse putamus quia nemini benevolentia sua quâ motus mandatum amici suscepit, debet esse damnosa, adeo ut procuracionem exercens, non magis amittat nobilitatē, quàm honoratus, advocacionē exercens, Authoritatē suā & honorē, *in l. 6. §. 5. C. de postul. modò tamen intra terminos se contineat Nobiliss. Dn. Arum part. 1. disc. publ. 16. conc. 22.* In Camerâ sanè Imperiali officium eorum honorabile est, nulli enim alii admittuntur, quàm de quorum doctrina, eruditione, integritate, legitimis natalibus & Doctrinæ vel Licentiæ honoribus constiterit, *p. 1. O. t. 28. §. 1. Denais. in jur. Cam. tit. 232. Rosb in proc. tit. 19. n. 9. Gail. 1. obs. 43 n. 6.* Ita tamen procuratores admittuntur, si vel mandatum habeant vel satisdant, Mandatum autem quis habet certum vel incertum: illo casu, quia dubitari de eo non potest, nullam cautionem præstare cogitur procurator, *l. si procuratorem. 65. ff. de proc. l. 1. C. de satisd. §. 3. Inst. de satisd.* quia ex mandatu dominus obligatur, ita ut imposterum agere nequeat. Hoc casu, quia de mandato dubitatur, & periculum subest, ne actor iterum petat, ideo procurator omninò de rato cavet *l. 1. C. de procur.* satisdant autem ii qui nullum mandatum habent, sunt autem personæ nullum mandatum habentes vel necessariæ, vel extraneæ, necessariæ absq; mandato cum satisdatione agere & conveniri pro aliis necessariis, puta patre possunt, *l. 35. ff. de proc. l. 40. §. ult. ff. de proc. l. 39. §. 3. ff. l. 21. C. de proc.* dummodò contra voluntatem eorum ne quid agere desiderent, *l. 40. §. ult. ff. de proc.* Extraneæ personæ ignorante eo, pro quo agere volunt, non admittuntur. *l. 1. C. de proc.* Quod si quis mandatum aliquod prætendat, illud verò factum esse non constet judici & parti adversæ.

D

an

an in dubio cum cautione de rato admitti debeat procura-
tor? quod affirmandum videtur ex §. 3. *Inst. de Satisd.* Absq;
mandato verò cum cautione de iudicato solvendo quilibet
ad defendendum admittitur, nihil distinguendo inter extra-
neam personam vel necessariam, §. 5. *Inst. de satisdat. l. 46. §. 2. ff.*
de proc. In Camerâ procuratores ab initio, Et si tantum pro
decernendis processibus supplicarint, mandatum procurato-
rium exhibere vel de rato cavere debent, *art. 22. §. Es soll auch*
part. 1. Ord. & tit. 21. in pr. Cautionem tamen rati offerentes,
ulq; ad litis contestationem mandata ad totam causam cum
ratificatione ante actorū à principali obtinere & producere
debent, *d. p. 1. O. tit. 21. §. Weiter setzen etc. ubi plura vid. & ap.*
Denais. in jure Camer. tit. 235. Ulterius verò non admittuntur
sine concessione iudicii. *d. 1.* Susceptum itaq; officium sibi de-
mandatum procuratores fideliter peragant, aut cum invito
nemo cogi possit, non suscipiant, fidem enim fallere grave est,
l. ff. de pecun. constit. & gravius adhuc amico quam extraneo,
unde quaeritur, an procuratoris mandatum susceptum exten-
datur etiam ad Appellationem? Et quidem de Appellatione
interponendâ Affirmatur, de proseguenda negatur, *l. 17. C. de*
proc. Imò prohibentur quidam prosequi Appellationem co-
ram appellato, *l. 26. §. constitutio C. de proc.* mandatum enim
ad procuratorem iudicii appellationis transferre debent *d. l.*
26. quod tamen ita demùm concesserimus, si in utroq; iudicio
tàm majori quàm minori certi constituti sint procuratores,
qui publici etiam dicuntur, *d. l. 26. de procur.* qui ab eis de qui-
bus supra dictum est, longè discrepant, & ferè mercenarii esse
videntur, quales hodiè in iudiciis minoribus ut plurimum
inveniuntur, tunc enim per absurdum esset, tales homines læ-
penumerò literas vix intelligentes, in majoribus iudiciis qua-
lia sunt consistoria principum & summum Imperii tribunal,
appellationes prosequi velle, in hoc enim non nisi Doctrinæ
vel Licentiæ titulo insigniti: *p. 1. O. tit. 18. Schwanm. in differ.*
Jur. Civ. & Cam. diff. 6. n. 6. in illis etiam non nisi docti & literis
imbuti admittuntur *Schwanm. d. diff. 6. n. 6. & 7.* quam necessa-
rius verò sit procuratorum usus *vid. l. 1. §. 2. ff. de procur. (H)* Hi
enim sicut in extra judicialibus negociis autoritate & consi-
lio.

lio pupillis & adultis adsunt, *arg. tot. tit. ff. & Inst. de Auth. & conf. tut. & curat.* ita etiam in iudicio *l. 1. §. 2. l. 22. & 23. ff. de Admin. & peric. tut.* hi autem sicut defensores, cavere non solent, si de ipsorum tutela constet, si verò dubitetur, tunc si se tutores legitimos esse probare non possint, ne adversarius decipiatur, cavere de rato debent, *d. l. 23. ff. de Adm. & peric. tut.* (1.) Quorum usus frequens & necessarius est non solum in civilibus sed etiam in criminalibus, *l. 1. ff. de testib.*

THESIS IX.

Pro Reo verò absente (A) specialiter ita dicti Defensores (B) interveniunt, qui sine mandato (C) alium absentem non defensum (D) in iudicio præstitâ cautione (E) de iudicato solvendo defendunt.

(A) non etiam mortuo, *l. 74. §. 2. ff. de iudic.* (B) interdum appellantur etiam procuratores absq; mandato, *l. 12. C. de proc.* Et est defensor alius voluntarius, alius necessarius: Voluntarius est, qui ex merâ amicitia, ne indefensus existat reus, defensionem ejus suscipit & de iudicato cavet, atq; de hoc dicitur, neminem sine satisfactione defensorem esse posse idoneum, *§. 5. Inst. de satisd. & §. 1. Inst. eod. l. 46. §. 2. ff. de proc.* Necessarius defensor est, qui mandatum procuratorium habens ad agendum, principalem suum ab aliquo actione alia de quâ mandatum nullum habebat, petitem, defendere cogitur, *l. 33. §. 2. & 3. ff. de proc.* (C) Atq; in hoc defensor à procuratore differt, hic enim mandatum habet, perinde atq; differunt invicem mandatarius sive procurator facultatum, à negotiorum gestore, *per rit ff. & C. de neg gest. & de mandat. & §. 1. Inst. de obl. qua quasi ex contr. nasc.* (D) qui enim præsens est, sibi ipsi prospiciat de procuratore, vel ipse se defendat, *§. 4. Inst. de satisd.* Absentes verò defendi publicè interest (E) nemo enim alienæ rei sine satisfactione defensor idoneus intelligitur, *§. 1.*

§ 5. Inst. de sacrosd. l. 53. l. 46. §. 2. ff. de proc. idq; etiam in per-
sonis conjunctis obtinet, l. 39. §. 3. l. 35. ff. de proc. Ampl. Dno.
Arum. lib. 1. dec. 7. n. 5.

THESIS X.

*Materia judiciorum sunt omnes cause
(A) de quibus coram iudice controversia
movetur, quæ tamen secundum varietates
jurisdictionum variè competentes sunt.*

(B.)

(A) nec dum discussionis examine patefactæ c. *forus extra*
de V. S. in pr. quamvis a. causarum quædam sint militares, l. 17.
C. de judic. quibus opponuntur negocia privtorum, l. 1. *C. de*
off. milit. judic. quædam Ecclesiasticæ, quædam Criminales,
nos missis prioribus Civiles tantum altius reperere hic cona-
bimur: Civilium autem appellatione comprehenduntur eæ
quæ non sunt Militares, Ecclesiasticæ, vel Criminales, propter
quas Civiliter vel ad tuendam rem familiarem, vel ad vindi-
ctam privatam actio instituta in iudicium deducitur, quas di-
vidio vel in communes vel in feudales, communes dico, quod
omnibus communes sunt, hæc; descendunt vel ex contracti-
bus & maleficiis, propriis vel impropriis, vel ex dominio vel
possessione alicujus rei, & ob eas redduntur actiones vel per-
sonales, reales, vel interdicta: Feudales controversiæ oriuntur
vel de re feudali, de Investiturâ de Felonia vasalli vel domini,
2. feud. 6. in fin. 2. feud. 52. c. fin. (B) neq; enim cuivis magistratui
indistinctè de omnibus causis judicare licet, nam ut à primis
Urbis Romæ incunabilis incipiamus, statim post exactos re-
ges consulibus civiles causas (siquidem injussu populi in ca-
put Civis Romani jus dicere eis non concedebatur, l. 2. §. 16.
ff. d. O. 7.) Quæstoribus autem Parricidii à populo ad id
constitutis capitales expedire incumberebat, l. 2. §. 23. *ff.*
de O. 7. Postea jure omni in principem translato à populo,
Magistratus hanc potestatem habere coeperunt, putà Præfe-
ctus prætorio, Præfectus Urbi, l. 1. *in pr. & §. 3. ff. de off. Præf. Urbi*
deinde

deinde Proconsul, l. 6. in pr. ff. de O. procons. l. 11. ff. cod. Praeses
provinciae l. 6. §. 8. ff. de O. pres. Et quibus hæc potestas speciali-
ter lege, Senatus consulto vel constitutione Principum con-
cessa est, l. 1. ff. de off. ejus cui mand. est 7 d. l. 6. ff. de off. proc. l. 8. §. 3.
ff. de pæn. Civiliū causarum verò judices erant omnes, qui
jurisdictionē non solū, sed & notionē habebant jurisdic-
tionem verò habebant etiam ii, quibus mandata erat: notionem
verò solam judices dati & delegati, qui de causis cognoscere
tantum & judicare possunt, non etiam rem judicatam exequi,
l. à divo ff. de re judic. In feudali iudicio quoq; causarum disce-
ptatio variè competit, modò domino feudi inter vassallos,
modo paribus curiæ inter Dominum & vassallum, modò Or-
dinario, si vel dominus pares non habeat, vel ii suspecti sint,
2. feud. tit. 55. in fin. 1. feud. 10. §. 22. 2. feud. 15. In camerà quoq;
causæ quædam rectà ad ejus disceptationem pertinent, prout
ex p. 2. O. tit. 10. 12. 13. §. seqq. videre est. Denais. in jur. cam. tit. 163.
n. 3. 4. 5. §. seqq. quædam ad judices Austregarum ex privilegio
quodam p. 2. tit. 2. in pr. tit. 3. §. 4. postea verò per modum quæ-
relæ denegatæ justitiæ vel protractæ, vel sententiâ latâ per
modum appellationis ad Cameram devolvuntur, Denais. tit.
171. n. 6. part. 2. Ord. tit. 26. Schwann. lib. 1. proc. Camer. cap. 19 n. 10.
Inter mediatos quoque imperii subditos non prius ad came-
ram causa devolvitur, nisi gradatim ad ejus cognitionem
perveniat, prout in omnibus Appellationibus juris est, l. 21.
in pr. §. 1. ff. de Appell. p. 2. O. tit. 29. in pr. nec prius, nisi in casu
Appellationis vel protractæ justitiæ processus in Camerâ ad-
versus mediatos subditos decernuntur, p. 2. O. tit. 1. §. Es soll
auch. Ad revisorii quoq; iudicii, disceptationem aliæ causæ in
camerâ jam antea discussæ pertinent, cui tamen una vel alte-
ra pars acquiescere non vult, p. 3. Ord. tit. 53. cum enim ab Im-
peratore appellari non possit, l. 1. §. 1. & fin. ff. à quib. app. non
lic. nec à Camerâ, utpote quæ concurrentem cum Imperato-
re jurisdictionem habet, Bender. de revis. in præm. n. 16. §. concl. 1.
n. 27. Gail. 1. obs. 11. in fin. Imperator supplicari possit, p. 2. O. tit.
35. p. 3. O. tit. 51. ideò extraordinarium revisionis beneficium
inventum est, de quo part. 3. tit. 53. in quo revisionis ju-
dicio

dicio nisi causæ in camera antea discussæ tractantur,
d. tit. 53.

THESIS XI.

Forma judiciorum est ordo (A) solennitas (B) & processus in iisdem instituendis (C) peragendis (D) & finiendis observandus, (E) is autem ita ferè est constitutus, ut reo in jus vocato (F) & comparenti (G) offeratur libellus, (H) dentur eidem induciant ad deliberandum, (I) contendere velit necne, (K) quibus finitis, (L) si contendendum putabit, exceptiones dilatorias opponat, (M) vel nullas habens, ad libellum affirmative vel negative respondendo litem contestetur.

(A) Prolata enim contra ordinem sententia, rei iudicantæ auctoritatem non obtinet, *l. prolatam C. de sent. & interloc.* est autem ordo judiciorum, ut præmittamus præmittenda, postponenda postponamus, *Sich. ad l. prolatam C. de sent. & interloc. n. 4.* Exemplum ordinis inversi habemus, quando libello non oblato, nec datâ deliberatoriâ dilatione litem contestari quis cogitur, *Auth. offeratur C. de lit. contest. Nov. 53 c. 3.* sed & si prius de calumniâ jurare quis cogatur, quàm lis contestata sit, Ordo invertitur, *Sichard. add. l. prolatam*, post litem enim contestatam de calumniâ jurari debet, *cap. 1. de juram. calum. in 6. in verb. ut debet. Rosb. in proc. tit. 50. n. 10.* item si testes super principali negotio, ante litem contestationem recipiat iudex, *per rubr. & nigr. extr. ut lite non contest.* quod tamen in testimonio ad perpetuam rei memoriam factò fallit,
c. 5.

e. 5. ext. ut lit. non contest. c. 41. extr. de testib. aliàs enim regulari-
ter litis contestatio præcedere debet, *c. 5. extr. ut lite non cont.*
Gail. 1. obs. 92. n. 1. Rosb. in proc. tit. 56. n. 12. sed & qui prius con-
demnare, quàm causam cognoscere velit, contra ordinem fa-
cit, *l. 1. C. de Exec. rei judic. & ibi Azo. n. 1.* qualiter fieri à rusticis
in Valesia testatur, *Sich. ad l. prolatam 4. C. d. sent. & interloc.*
n. 2. idemq; experientia docet de quibusdam rusticis Alsaticis,
die Wangenawer vocatis, omnium pessimis, qui, postquam
unus ex eis rixas movens à verbis ad verbera pervenerit cum
extraneo quodam, omnes concurrunt catervatim & verberibus
extraneum excipiunt, quo ita excepto & quasi mortuo
dimisso, illi victores de re fortiter gesta gloriantur, quarentes
demum, quam ob causam ita tractari meritus sit: Was hette
he aethon! Ich hen em auch ein guets geind/etc. Verùm propo-
ste hæc aguntur: Et & judiciorum ordo, ut Actor sequatur
forum rei, *l. 2. C. de fd. omn. jud. & qui forum rei non lequitur,*
juris ordinem convertit *d. l. 2 (B)* puta quod sententia feren-
da in scriptis, *l. 3. C. de sent. ex brev. rec. & à sedente, Nov. 82. c.*
sedebunt. 3. l. 6. §. 6. C. de postul. l. 2. §. 1. ff. quis ord. in poss. serv. ibi:
sessiones. & quibus sedit is, & c. l. 4. C. de dilat. ibi: confidente ma-
gis judice, Sich. ad l. 1. n. 12. & seqq. C. de sent. ex brev. per tex. ex-
press. in r. fin. de re judic. in 6. ibi: quam ab ipso stando, non sedendo
proferri contingit, nullius penitus est momenti Azo. ad tit. de sent.
ex brev. vel quamvis scripta sit, non tamen recitetur à judi-
ce, l. 1. C. de sent. ex brev. c. fin. de re judic. in 6. Sich. ad l. 1. C. de sent.
ex brev. Econtra Advocatus stare, non sedere debet, *l. 6. §. 6. C.*
de postul. (C) atq; in his considerantur præparatoria, quæ a-
guntur ante litem contestatam, *Vult. in comment. Inst. d. Action.*
n. 41. de quibus in præsentî thesi. (D) quæ spectant propriè ad
ea quæ inter litem contestatam & sententiam fiunt, & dicun-
tur peragi in judicio, *Vult. in comm. Inst. de Act. n. 41.* & de his in
sequenti thesi agendum erit. (E) tres enim judiciorum actus
sunt considerandi unus præparatoriorû, alter à litis contesta-
tæ tempore usq; ad sententiam latam, tertius est consequen-
tium, *Vult. in comment. Inst. ad tit. de Act. n. 41.* Quamvis au-
tem ad formam substantialem omnia non pertineant, tamen
secundum ordinem in foro usitatum quædam ex his propo-
nenda.

nenda sunt, à præparatoriis ad consequentia usq; , & de his in
d. 13. agemus. (F.) Id quod principium est omnium actionum
instituendarum. §. fin. Inst. de poen. tem. litig. quodq; olim voca-
batur in jus vocatio, tot. tit. ff. & C. de in jus voc. Idem vocatur
hodie generali nomine CITATIO, ita, ut vocabulum in jus vo-
cationis, vox citationis absorpserit, Rittersh in expos. Nov. part.
9. c. 11. quamvis autem adeò generale sit, ut etiam ad multos
alios actus accommodari possit, qui juris experiundi causa
qualiter sit vocatione in jus, l. 1. ff. de in jus voc.) non fiant, puta
cum dicuntur testes citari in testimonium, l. 20. ff. de testib. &
ad alios actus, l. nam. ita ff. de Adopt. l. 1. §. 2. de ventr. inspic.
& hodiè litigantes citari ad videndum & audiendum, produ-
ci & jurare testes vel ferri sententiam, l. 47. ff. de re judic. quia
tamen hodiernis moribus, qui amplexi sunt jus canon, in
clem. pastoralis de sent. & re judic. Citatio pro in jus vocatione
usurpatur, ideo & nos promiscuè iis in subjectâ materia ute-
mur, nec ulla nobis religio erit citationem dicere cum aliis,
quam veteres Juri in jus vocationem appellarunt, Rittersh. in
expos. Nov. part. 9. cap. 1. Adeò vero citatio propter partium
præsentiam necessaria est, ut si reus citatus non sit, quic-
quid iudex egerit, pro non acto habeatur, l. 47. ff. de re judic. in
tantum, ut obstante nullitate processus sententia lata rei judi-
catæ firmitatem non habeat, l. 7. C. quom. & quan. jud. sent.
At si præsens in iudicio omnino non: vel non legitimè cita-
tus sit, an denuo citari opus sit per Apparitorem? quod nega-
tur per l. 1. §. 1. ff. de fer. Ubi ad citationem non legitimè fa-
ctam comparitio causæq; tractatio & subsequuta sententia va-
let, quæ aliàs nullius effectus est, nisi spontanea comparitio
sequatur, A sin. in tr. de Execut. §. 1. c. 39. n. 17. & contra præsen-
tem in iudicio non est necessaria citatio, l. etiam 29. ff. de minor.
Lanfr. decis. 372. Ruding. cent. 1. obs. 85. n. 4. atq; hinc sequitur,
ut quamvis processus ob nullitatem citationis sustineri non
possit, ratione tamen comparitionis & præsentia possit susti-
neri, per d. l. 29. ff. de min. A sin. in §. 4. tract. de Execut. cap. 109. n. 1.
Si itaq; reo non legitimè quidem citato, libelli copia facta
fuerit & is compareat, tum respondere tenetur, arg. Auth. of-
feratur C. d. lit. contest. cap. 2. extr. de dilat. **SIN LIBELLUS
OBLATUS**

● **BLATUS NON SIT, & is compareat, tunc reo denuò in-**
ducia danda sunt ad deliberandum, prout d. *Auth. offeratur*
definitum est: sin omnino citatus non sit, tunc quamvis præ-
sens, nihil respondere tenetur, potest tamen oblato libello &
concessis dilationibus deliberatoriis ei injungere, ut intra
præstitutum tempus compareat, cedat vel contendat *per d.*
Auth. offeratur, citatio enim propter aliud, quàm rei scientiam
non fit, ut scil. sciat rem aliquam in judicio disceptatum iri,
quæ ad ejus præjudicium pertineat, & propter comparitio-
nem ejusdem, ut & ipse in contrarium jus suum allegare, & si
quid forsan habeat, contra jus actoris excipere possit, ne in ab-
sentis præjudicium quicquam agatur, *l. de unoquoq. ff. de re ju-*
dic. l. etiam 29. ff. de minor. Myns. cent. 1. obs. 18. Gail. 1. obs. 48. n. 4.
IN JUS VOCARE poterant olim quidam SINE VENIA
SPECIALITER PETITA, quippe olim vocatio in jus sine
ullo apparitore & sine ullo judicis præcepto fiebat, litigatu-
rus enim debitorem obviam sibi factum interpellabat, ut in
jus veniret, & è vestigio sequeretur: Si ita interpellatus debi-
tor non statim sequebatur, in jus rapiebatur, ducebatur, tra-
hebatur, ex 12. tabb prout ex Gellio refert, *Schwannm. in differ.*
Jur. Civ. & cam. diff. 5. n. 38. QUIDAM NON NISI cum ve-
niâ, l. 4. §. 2. & 3. l. 5. 6. 8. & tot. tit. ff. & C. de in jus voc. hodiè
autem sine veniâ in jus vocare nemo potest, Nov. 113. cap. 2. §. se-
verò juncto pr. in verb. ut non aliter conventionales libelli. Sic in
CAMERA IMPERIALI non nisi ad supplicationem acto-
ris vel ejusdem procuratoris citatio decernitur, part. 3. Ord.
tit. 12. §. Und erstlich p 1. O. t. 22. passim. Supplicatio enim non
minùs necessaria est, quàm citatio, *Frider. cap. 1. de proc. extr.*
lib. 1. est enim de ordine, ut prius quid petatur, quàm decer-
natur, arg t. C. de prec. Imp. off. Frider. d. loc. Hinc quæritur AN
NE HODIE SPECIALI VENIA OPUS SIT AD PATREM
IN JUS VOCANDUM; vel alias personas, quibus reveren-
tia debetur? l. generaliter ff. de in jus voc. quod negandum vi-
detur, quia verum est, per jam dicta jura eos permissu judi-
cis vocari, pœna a. dabatur non nisi in eos, qui sine permissu
in jus vocabant, §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. l. 10. §. Prætor ait. 12.

E

l. 24.

l. 24. ff. & tot. tit. C. de in jus voc. quod tamen ita sanè acci-
piendum est, si legitimè supplicans pro decernendâ citatione
libello supplicii inserverit Adversarium suum, quem conveni-
re velit, parentem suum esse vel patronum, tunc enim iudex
ex supplicatione, (cui causa petendi adjungi debet, *Frider.
lib. 1. de proc. extrah. cap. 6. n. 26.*) cognoscere potest an talis
sit actio, quæ adversus personas, quibus reverentia debetur,
possit intentari vel non, neq; enim veniæ impetratio tan-
quam substantialis in hujusmodi citationibus requiritur, &
nonnunquam ex impetrationis omissione pœna illata non
fuit, *l. 11. ff. de in jus voc.* hinc itaq; sponte sequitur non amplius
laborandum esse de illo, AN VASALLUS SINE VENIA
AN JUS VOCARI POSSIT? Iudex enim ipse reum in jus
vocat & decretâ emissâq; citatione veniam impetranti con-
cessisse videtur, *Schwannm. in diff. Jur. Civ. & Camer. diff. 5. n. 43.*
Ubi tamen monet, ad vitandas inanes disputationes & cavil-
landianam, quibus sæpè in longum tempus principale ne-
gocium protrahitur, consultius esse veniam unâ cum citatio-
ne petere, *d. diff. 5. n. 44.* Consistit autem hodiernus cita-
tionis modus vel in extrahenda citatione sive processu per
supplicationem: vel in citationis conceptione vel in ejusdem
executione: & quidem de EXTRAHENDI PROCESSU pau-
cis jam dictum est, fit enim per supplicationem eo fine, ut ali-
quid impetretur, *l. fin. C. de prec. Imp. off. Frid. l. 1. proc. ext. c. 2. n. 7.*
IN CITATIONIS CONCEPTIONE quæ observanda sint à
iudice, *Gail. lib. 1. obs. 48. 49. 50. & seqq. Rosb tit. 22. process. n. 17.*
tradunt, quæ EXECUTORI TENENDA, *sup. d. 7. lit. I.* relata
paucis, quò brevitatis studio remittimus, (G.) Legitimè n. fa-
cta citatio reum astringit comparere, ne ipsius contemptu e-
ludi videantur edicta magistratus, *l. 2. ff. si quis in jus. voc.* adeò
ut, quamvis dubitetur an incompetens sit, ad quem vocatus
est, tamen comparere teneatur *d. l. 2.* Est enim vocati non
contemnere auctoritatem Prætoris, nec vocati, sed Prætoris
est æstimare, an sua sit jurisdictio, atq; ideo legati etiam in jus
venire debent, privilegia sua allegaturi, *l. 5. ff. de judic. Myns.
cent. 6. obs. 7. Gail. 1. obs. 48, n. 7. & 8. Nobiliss. Dn. Arum. lib. 1.
decis. 11.*

Decis. 11. num. 10. & 11. Citatio verò legitimè non facta nullum
producit effectum, *Gail. 1. obs. 48. n. 3. Rüdinger. cent. 1. obs. 85. n. 4.*
c. ap. fin. extr. de fer. (H) quâ enim quisq; actione agere volet,
eam edat. *l. 1. ff. de edend.* quamvis autem olim varia editio-
nis genera fuerint, veluti, si copiam describendi reo quis fece-
rit, vel in libello complexum dederit vel dictarit, adversa-
riumve ad Album Prætoris produxerit, vel etiam dixerit id
quo uti velit, *l. 1. §. 1. ff. de Ed.* Ex iis tamen omnibus so-
la quæ fit per libellum, in usu remansisse videtur per *Auth. of-
feratur. C. de lit. contest.* & ibi *Sichard. num. 3.* requiritur au-
tem regulariter in omnibus causis quæ PLENARIÈ tractan-
tur: quæ verò summarie, in iis necessariò non requiritur,
Clem. sapè de V. S. AN VERÒ à PARTIBUS LIBELLUS
OMITTI POSSIT quæritur? quod negatur à *Sichard. ad.
d. Auth. offeratur C. de lit. contest.* dum enim non ad partium
informationem solùm facit, sed & ad iudicis, namq; iudex ad
petitionem libello compræhensam sententiam ferre debet,
l. ut fundus. ff. Com. divid. Sich. ad auth. offeratur num. 4. ideò
non nisi ab omnibus volentibus omitti potest, quod enim o-
mnes tangit, ab omnibus debet approbari, *Ampliss. Dn. Arum.
in disc. Acad. thes. 8. circ. fin.* In Camerâ quoque libellum
vel articulatam vel summariam edere cuius liberum est, *p. 3.
Ord. t. 12. in pr. ibi: dergleichen seine Klage / & §. Zum andern /*
imò debent etiam actores edere, *arg. tit. 13. in pr. part. 3. & 1
princ. tit. 12. p. 3. Ord. ut tamen omnia in scriptis fiant, d. tit.
12. §.* Zum andern / *ibi: doch daß solches nicht mündlich / son-
dern in Schrifften geschehe.* (I) PRÆSTITIS PRIUS SPOR-
TULIS ET DATA FIDEISSIONE, hæc enim præcedere
debent indulgentiam dilationis per *Auth. offeratur C. de lit.
contest. Nov. 53. cap. 3. §. 2.* sunt autem induciæ viginti die-
rum, atque ideò dantur, ut non solùm deliberet citatus cede-
re an contendere velit, sed & iudici alium adjungi petat, vel
etiam recuset, atque harum omissio id operatur, ut quamvis
litis contestatio quædam facta fuisse videatur, ea tamen pro
nihilò haberi debeat, ac post eam habeat reus licentiam deli-
berandi intra viginti dies tam de iudice recusando, quam de-

liberando an contendere velit, *d. Auth. offeratur & Nov. 53. cap. 3. §. 2. in fin.* Quæritur autem hic, cum communis ferè praxis teneat, ut citationi libellus hodie inseratur, (loquor autem de supplice pro extrahendis processibus & citatione.) & ad reum per executorem mittatur, AN HÆ INDUCIÆ ULTERIUS INDULGENDÆ SINT? Præsertim cum in citatione certus terminus præfixus sit, intra quem comparere debeat? Et siquidem præfixus terminus non minor sit viginti dierum, & ex citatione & libello reus satis de iudice & de causa instrui potuerit, nullas ulterius indulgendas comparenti putamus, quia de causa ex eo satis instrui potest, *cap. 2. extr. de dilat.* Atque hoc ita, juris esse dicitur, *part. 3. ord. tit. 13. §. 1. ibi: vermög der Rechten: quamvis STYLUS CAMERÆ id non observet, sed secundo demùm termino ad libellum respondere & sic litem contestari jubeat, part. 3. O. tit. 13. §. 1. in fin.* Illud verò tempus, quod est Jure Civili viginti dierum, arbitrarium esse pro modo longinquitatis, Jure Canonico & Camerali, testatur *Rittersb. in differ. Jur. Civ. & Can. lib. 5. cap. 16. Rosb. in process. tit. 37. num. 9. 10. Gail. 1. obs. 53. num. 20.* & omnia dilationum tempora in Camerâ esse arbitraria, *Ruding. cent. 2. obs. 32.* (K) nam si contendere nolit, forsan intra viginti dies etiam debitum cognoscere, & ab adversarij sui contentione amicabiliter liberare se reus potest, *Nov. 53. cap. 3. §. 1.* (L) si enim ante viginti dierum spacium à legibus concessum, lis contestata sit, quâ reo præcludatur via ad recusandum judicem suspectum vel aliàs deliberandi potestas adimatur, tunc, quicquid actum est, pro nihilo haberi debet, *Auth. offeratur C. de litis contest. & Nov. 53. cap. 3. §. 2.* (M) Inde dictæ, quod judicium sive actionem differant, *l. 1. §. 4. ff. de except. ac propterea regulariter ante litem contestatam opponuntur, l. 19. C. de prob. l. 13. C. de procur. per litem enim contestatam cœptum judicium differri amplius nequit, & præposteratio est, incipere prius judicium, deinde contra illud cœptum excipere, l. 12. C. de exc. sic fori præscriptio in principio litis opponenda, l. fin. C. de Except.* Dilatoriarum enim sunt quæ ad tempus nocentes, temporis dilationem.

nem tribuunt, §. 10. *Inst. de Except. sive ut ait, l. 3. ff. eod.* Dilatoriae sunt, quæ non semper locum habent, sed ad tempus evitari possunt, indeque etiam temporales dicuntur, *d. §. 10. & l. 3. ff. de Except. & jure camerali verzügliche Einrede part. 3. O. tit. 26. §. fin.* QUANDO VERÒ DILATORIE PROBARI DEBEANT QUÆRITUR? Respondet Azo exceptiones dilatorias probari, posteaquam actor monstraverit, quod asserit, atque hoc intelligit de dilatoriis solutionis, *in summ. Cod. ad tit. de Except. num. 6.* Verùm cum hâc responsione res non magis expedita sit, ita distinguendum putamus, ut, si quidem reus exceptionem ex PERSONA DILATORIAM opponat, tunc ea ante litem contestatam, adeoque antequam ad suæ intentionis probationem veniat actor, probanda sit, *l. pen. & fin. C. de Except.* Intentionis enim probatio merita causæ respicit, quæ non, nisi post litem contestatam tractantur, *cap. 1. & 5. extr. ut lite non contest. part. 3. ord. tit. 26. §.* Unde sonderlich wollen wir etc. Sin talem exceptionem opponat, quæ MERITA CAUSÆ concernit, quod videlicet intra certum tempus vel ante conditionem peti nihil possit ex pacto, tunc ea probanda sit, posteaquam actor id quod adseverat, probaverit, *l. 19. C. de probat.* At quomodo probatione opus habet actor, quando reus excipiens sub conditione se debere, eo ipso confitetur debitum, sed non eo modo, quo intendit actor, Ac confessione rei id efficitur, ut actor ab onere probandi intentionem suam, relevetur, *l. 5. C. de transact. & controversum non est, quod adversarius confitetur, l. fin. in pr. C. quib. ad libert. procl. non lic. Ampliſſ. Dn. Pres. in prælect. ad rub. de confess. q. 3.* quia verò de intentione actoris propter confessionem rei amplius non dubitatur, ideoque & tum ante litem contestatam adhuc exceptionem suam probare debet reus, *l. 9. C. de Except.* Videtur itaq; nullo casu fieri posse, ut post intentionem actoris probatam reus exceptionem suam demum probare possit: Sed datur adhuc alius casus, quo fieri potest, ut post probatam intentionem, exceptio probari queat, si videlicet intentionem prius neget reus, deinde sub conditione (SI PROBAVERIT INTEN-

E 3 TIONEM:

TIONEM ACTOR.) exceptionem solutionis, alio tem-
pore destinato, nondum tamen præfente, faciendæ opponat,
tunc enim post probatam intentionem exceptio demum
probari debet, *l. 9. C. de Except. neq;* enim confitetur de in-
tentione actoris dubitans, qualiter fit in casu *d. l. 9.* nec ex-
ceptionem probare necesse habet reus, nisi actor intentio-
nem probaverit, quâ non probatâ, reus absolvitur, etsi ipse ni-
hil præstet, *l. 4. C. de eden.* atq; ita sentit *Dyn. ad cap. exce-*
ptionem. 63. de R. J. in 6. num. 6. In CAMERA
quoque dilatoriæ probationes in dilatoriis, hoc est ante
litem contestatam, fieri debent, *part. 3. ord. tit. 26. §. 1. & 2.*
nec merita causæ ante litem contestatam, nisi quatenus ad
ventilationem dilatoriæ pertinet, tractari oportet, *part. 3. ord.*
tit. 26. §. Unde sonderlich. (N) tunc enim proximum est,
ut ad litem contestationem progressus fiat ad maturandam li-
tium expeditionem, de principali enim sive meritis causæ
frustra nihil disputari oportet, (ut supra dictum) ante litem
contestatam, *per d. p. 3. O. tit. 26. §.* Unde sonderlich wöl-
len wir/ete. imò rectâ potius viâ ad litem contestationem
properandum, *part. 3. O. tit. 13. §. 1. Junct. §. fin. eod.* (O)
quod fit per narrationem actoris & contradictionem rei,
l. 14. §. 1. C. de judic. & per petitionem in jure propositam
& responsionem secutam, *C. un. de lit. cont.* & definitur litem
contestatio esse litigantium apud judicem de causa princi-
pali facta narratio, *l. 1. C. de lit. cont.* requiritur autem, ut
illa narratio ad hoc fiat, ut in causa procedatur,
Oldendorp. in præf. necess. ad Class. de litem contestatione.
fieri enim possunt etiam aliæ narrationes & responsiones
de principali causa, ac non eâ mente ut in causa proceda-
tur. Imò sæpè obloquendo adversario causa controver-
sa narratur, potest etiam Judici ut amico, vel alii familiari
negocium narrari, *Azo in sum. Cod. ad tit. de lit. contest.*
quò spectare videtur, quod dicitur per positiones & respon-
siones

frones ad eas litis contestationem non esse factam, sed petitionem in jure propositam & responsionem subsequutam, *C. un. de lit. contest.* eo fine ut utriusque litigantium voluntate negotium principale à judice tractetur, *Oldendorp. dict. præfat.* siquidem omnes actus judiciales propter causæ disceptationem fiunt, alias positiones & responsiones simpliciter ita prolata, litis contestationem non inducunt, absurdum enim hoc consequeretur, ut hodiernis moribus etiam in dilatoriis lis contestaretur, siquidem & in dilatoriis positiones & responsiones producantur, *part. 3. ord. tit. 25. §. 1. & 2.* & generaliter, quando probatio admittitur, ibi etiam positiones, *Rosb. tit. 51. proc. num. 14. clement. sæpè de verb. signif.* Ex dictis itaque patet, ut intelligatur lis esse contestata, requiri, Primo, **UT PETITIO PRÆCEDAT** *d. leg. 14. §. 1. C. de judic. & c. un. de lit. cont.* Secundo, **UT RESPONSIO SUBSEQUATUR** facta ad **PRINCIPALE QUÆSITUM** *dict. jurib. & Sichard. ad l. 1. C. de lit. contest. num. 11.* Tertio, **UT FIAT PETITIO ET RESPONSIO** VERBIS APTIS ad litem contestandam. *Asin. in tr. de execut. §. 9. cap. 110. num. 5.* De jure **CAMERALI**, si reus in dilatoriis victus sit, statim in eadem audientiâ litem contestari necesse habet, alias lis pro contestatâ habetur, ut in principali causâ procedi possit, *part. 3. O. tit. 26. §.* Und so nach gethanem. At hoc libertati Romanæ repugnare videtur, ut lis pro contestatâ habeatur, eo enim, adversus quem lis pro contestatâ habetur, invito res in judicium deducitur & de eâ disceptatur, propter quod tamen litis contestatio inventa est, ne quid violentum per judicia introduci videretur, sed omnia volentibus partibus fierent & solenniter secundum jus. *Oldendorp.*

in

in pref. necessaria ad class. de litis contest. Respon. lis
contestatâ habetur adversus omnes, qui juris ordine necesse
habent contestari litem & ad id faciendum obligati sunt, nec
tamen volunt, ne ergo eluderetur judiciorum autoritas,
perinde in causâ proceditur, ac si ipse litem contestatus fuisset.
AN LIBELLUS PRINCIPI DATUS VERA SIT
SPECIES LITIS CONTESTATIONIS? quod negatur
per tot. tit. C. quando libell. princ. neque enim quæ effectus
quodammodo concurrunt, specie idem sunt.

THESIS XII.

*Lite ita contestatâ (A) juramentum
calumnia, (B) ab utroq; litigantium (C)
prestari, exceptiones (D) hinc inde (E) op-
poni, quibus omnibus propositis non solum,
sed & post datas dilationes (F) probatis,
(G) à partibus concludi, (H) & à judice
causâ sufficienter cognitâ satis beneq; discuf-
sâ (I) sententia (K) proferrî & sic omnia
fieri ritè debent.*

(A) Hæc enim est principium & fundamentum litis,
adeò ut ante eam factum iudicium nullum esse dicatur,
*l. 1. C. de lit. contest. leg. 13. ff. de except. leg. 13. C.
ad l. jul. de adult. Nov. 112. cap. 3. §. 1. Sibarid. in rub. h. t.*

(B) Quod

(B) Quod hoc loci est religiosa litigantium assertio de causâ bonâ fide & absque malitiâ prosequendâ: Est enim calumnia generaliter ita dicta, quando quis sciens, volensq; injustam causam agit aut defendit. *Sich. ad rubr. Cod. de jurej. propt. calumn. l. 1. ff. de calumn. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* Præstatur autem in initio litis, quod semel præstitum amplius præstari non debet: *Auth. hoc sacramentum C. de jurej. propt. calumn. dand. Nov. 49. c. 3 c. 1. extr. de juram. calumn.* Modus autem jurandi est, ut ab utroque litigantium præstetur juramentum post litem contestatam, ab auctore quidem ita ut juret non calumniandi animo litem movisse, sed quod existimet se bonam causam habere, à reo verò, quod putans se bonâ instantiâ uti ad contradicendum pervenerit: *§. 1. Inst. de pæn. tem lit. & absque hoc juramento non admittuntur ad causæ disceptationem litigantes. l. 2. in. pr. C. de jurej. propt. calum. & §. 1. Inst. de pæn. tem litig. in verb. non aliter: idque præstandum erat non solum à principalibus vel advocatis sed etiam prius à principalibus quàm ab advocatis d. l. 2. in. pr. & §. 1.* DE JURE CAMERALI opus non est, ut principales litigantes juramentum hoc præstent, sed sufficit procuratores in suam & principaliû animâ jurare, quod credât bonam se habere causam: quod nullam dilationem frustrandi animo petere: quotiescunque in jure interrogati fuerint, veritatem celare nolint: nevé ulli, quid dent propter causæ victoriam, nisi quibus id jure permissum est, prout hæc omnia in juramenti calumniæ formulâ comprehensa sunt *p. 1. O. tit. 65.* Si postularum fuerit, statim post litem contestatam fieri debet, *part. 3. Ord. t. 13. §. Dergleichen so der Endt. & part. 1. Ord. tit. 25. ibi auff des Wiedertheils oder Richters begehren. Denais in iur. Cam. tit. 166.* & videtur hoc jure calumniæ juramentum remitti posse tacitè *d. §. dergleichen ibi so derselbige erfordert & d. tit. 25. in verbo begehren.* AN VERÒ DE JURE COMMUNI REMITTI POSSIT HOC JURAMENTUM? quamvis distinguant interpretes, ut expressè non, tacitè verò remitti possit, *Sich. ad rubr. C. de jurej. propt. calum. n. 10.* tamen cum leges simpliciter & indistinctè, nec de solâ expressè factâ remissione loquantur, DEINDE propter utilitatem communem introductum sit hoc juramentum, cui pactis privato-

F rum

zum derogari non potest, l. 38. ff. de pact. l. 29. C. eod. Et quia
per hanc distinctionem fraus legi fit, ideo juris veritati ma-
gis consentaneum videtur nec expressè nec tacitè remitti
posse per l. 2. §. 4. C. de jurejur. propt. calumn. Nobiliss. Dn. Arum.
decis. 11. n. 49. lib. 2. non tamen negandum, propter anceps per-
juri periculum huic juri per consuetudines & statuta deroga-
gari posse, prout sentit Ampliss. Dn. Arum. dicta decis. 11. n. 52. Præ-
statum verò in omnibus causis, quibus probationis necessitas
incumbit, l. 1. l. 2. C. de jurejur. non tamen in rebus feudalibus.
2. feud. 33. §. 1. Et quidem quod dominus ad jurandum cogi
nequeat, propter reverentiam non dubitatur, DE VASALLO
AUTEM QUÆRITUR? Et quamvis non desint, qui
vasallum ad præstandum juramentum cogi posse, affirmant
contra expressum text. d. c. un. §. 1. 2. f. 33. Verum tamen cum
præter allegatum textum à quo recedere fas non est, jura-
mentum fidelitatis à Vasallo præstitum negativæ insisten-
dum esse suadeat, ideo nobis religio erit de Vasallo nil nisi
bonum præsumere: qui enim jurat, se ad ultimum vitæ diem
futurum fidelem domino suo integrâ & perfectâ fidelitate
is sanè idem quod antè juravit, juramento reduplicare non
tenetur, c. un. in pr. 2. feud. tit. 7. in verb. integram & perfectam in se
continet fidelitatem. Junct. verb. recuperatam omni tempore retinere:
idque vel ideo quod dominus eodem modo teneatur esse fi-
delis, quo Vasallus domino c. un. 2. feud. 26. & 47. Rosb. in prax.
1. 50. n. 8. An vero in CRIMINALIBUS EXIGATUR HOC
JURAMENTUM? Martinus, eumque secutus Sichardus ad
l. 1. C. de jurej. calumn. negant tum quod accusator per subscri-
ptionem in crimen sese obliget ad similitudinem pœnæ, si
non probaverit objectum crimen l. fin. C. de accus. reo verò
accusato liceat sanguinem suum qualiter qualiter redimere
l. 1. ff. de bon. eorum Rittersh. in differ. jur. Civ. & canon. lib. 5. c. 18. &
Sich. ad l. 1. C. de jurejur. propt. calumn. dand. n. 6. & 7. Verum Azo
etiam in criminalibus præstari debere affirmat, quia conse-
quentia nulla est, quod, cui transigere licitum est, etiam idem
calumniari possit, in summ. Cod. ad tit. de jurej. propt. calum. n. 10.
nec altera ratio valida est, quod qui ex subscriptione ad si-
militudinem pœnæ obligatur, is etiam de calumniâ jurare

non

nō debeat quin potius de calumniā jurare cogitur, ne in re
maximi momenti facile quis profiliat ad accusationē tā pro-
pter dictā talionis pœnam, *l. 7. ff. de accus. l. fin. C. eod.* quàm ut à
temeritate agendi abstinence vel accusandi jurisjurandī
religione *§. 1. Inst. de pœn. tem. lit.* sic itaq; verè dicimus in omni-
bus causis, adeo que etiā criminalibus juramētum calumniæ
præstari oportere *l. 1. C. eod. tit.* Pœna autem recusantis subire
hoc juramentum est in actore, ut causâ cadat, nec penitus ei
ad litem pervenire liceat, in reo recusante jurare pœna est,
ut pro confesso habeatur, & liceat judici sententiā, quemad-
modum rei qualitas ipsi suggesserit proferre *l. 2. §. 6. C. de iure
jur. propt. calum. Azo in sum. C. d. tit. (C)* actore & reo in allo-
diis, in feudis verò neque à Domino, neque à Vasallo præ-
stari debet ut supra lit (B) dictum est. (D) generaliter quidem
exceptiones sunt defensiones quæ opponuntur actioni cu-
juscunq; rei ad excludendum id, quod in intentionē conde-
mnationemve deductum est, *l. 2. ff. de except.* excluditur au-
tem id quod deductum est **VEL IN TOTUM**, ut perper-
emptorias vel pro parte, puta per dilatorias *l. 3. l. 22. ff. de ex-
cept. §. 9. Inst. eod.* sed missis dilatoriis, utpote quæ hujus loci nō
sunt, peremptorias dicimus exceptiones, quæ semper agentib.
obstant & semper rem de quâ agitur, perimunt. *§. 9. Inst. de ex-
cept.* sive ut ait Jctus, quæ semper locum habent, nec evitari
possunt, indeque etiam perpetuæ dictæ sunt, in *l. 3. ff. de except.*
(E) sunt enim exceptiones quædam reo, quædam actori
competentes, ex quibus specialiter reo competentes, exce-
ptiones: actori vero competentes, replicationes vocantur *l.
10. C. de except. & sic deinceps prout ex tit. de replic. Inst.* apparet.
(F) est autem dilatio certi termini ad judiciales actus perfici-
endos prorogatio & assignatio, sunt autem multæ dilatio-
nes, quæ in judiciis interveniunt: Probatoria verò propriè
huc pertinet, quæ post litem contestatam ad producendum
testes vel instrumenta datur *l. 1. C. de dilat.* Dant autem ejus-
modi dilationes iudices pro tribunali *l. 4. C. de dilat. & Sich. ad
l. 1. n. 11. C. hoc tit.* non tamen pluries quàm semel *l. 1. C. de dilat.
l. oratione ff. de feriis*: nisi cum causa cognitâ necessarium putet
iudex, ut adhuc semel dentur *dd. ll.* atque hoc in pecuniariis
causis ita obrinet, ut non plus quàm semel dētur, in crimina-

libus verò causis dantur plures dilationes probatoriæ, puta
accusatori duæ, reo verò tres. *l. fin ff. de feriis.* est etiam secun-
dum longinquitatem loci tempus dilationis abbreviandum
vel dilatandum, ut si ex eâ provincia, ubi lis agitur, vel perso-
na vel instrumenta poscantur non amplius quam tres men-
ses indulgeantur, si verò ex continentibus provinciis, sex
mens: in transmarinâ dilatione novem menses computari
oportet. *l. 1. C. de dilat.* QUÆRITUR AUTEM, AN DILA-
TIONUM TEMPUS SIT UTILE, AN CONTINUUM? &
continuum esse apparet: quia si dilationes in feriarum tem-
pus incidant, temporibus dilationum connumerantur *ex l. 3.
C. de dilat.* finis enim feriarum est, ut ab omnibus actibus ju-
dicialibus absteineatur. Feriæ siquidem sunt certi temporis
induciæ dantes vacationem à forensibus negociis *l. pen-
ff. de feriis.* & licet multifariam ob honorem Dei, Imperatoris,
Civitatum, vel necessitates hominum distinguantur, effe-
ctum tamen ferè eundem habent, siquidem omnes vacatio-
nem à forensibus negociis dant, exceptis quibusdam, quæ
in criminalibus tantum vacationem dant, quales sunt qua-
dragesimales *l. quadraginta C. de feriis.* Quænam in CAMERA
IMPERIALI sint feriæ extat *p. 2. Ord. tit. 33. & apud Ruding.
Obs. 38. cent. 2. Denais. in jure cam. tit. 140.* Illud tamen observan-
dum, iudices camerales relationibus vacare, sententiasque
ad supplicationem processus decernere posse omnibus die-
bus feriatis, excepto solo die Dominico, aliisque festis diebus
sanctioribus, *Denais. d. tit. 140. §. 6. part. 2. O. tit. 33.* Id autem
operantur dilationes, ut si ve pars, si ve integra dilatio data
fuerit, iudicis officium eousque conquiescat, donec petiti
temporis defluerint curricula *l. 3. C. de dilat. & ibi Sichard.*
Dantur dilationes eo fine, ut ad probationem faciendam
se se instruere possint litigantes, *l. 1. C. de dilat. in pr. & fin. (G)*
neque enim proponere sufficit, nisi etiam probatum fuerit
id quod propositum est, siquidem auctore nihil probante reus
absolvi debet *l. 4. C. de edend.* Præparatio verò probationum
more iudiciorum & jure Canonico quoque; ubi vis ferè talis re-
cepta est, ut positiones offerantur, & is adversus quem pro-
batio fieri debet, respondere eis necesse habeat, quâ respon-
sione

hione inducitur, confessio ejus quod responsum est *Clem. sepè de V. S. Rosb. in proc. civ. tit. 44. n. 4.* ad quas si responsum fuerit, confessio relevat ab onere probandi, si verò nihil responsum est, vel negativè tunc contrarium adhuc probari oportet. *d. Clem. sepè de V. S.* cujusmodi formulas usitatas tam in inferioribus judiciis, videte licet apud *Rosb. in prax. civ. tit. 54. n. 14.* quàm in summo Imperii tribunali, apud *Schwann. lib. 1. proc. cam. c. 42. n. 65. 66. § cap. 74. n. 22.* Est verò probatio rei dubiæ per idonea argumenta ad fidem faciendam dictis, quod vera sint, demonstratio. *l. 4. C. de prob. generaliter verò probatio incumbit ei qui agit l. 21. ff. de prob. hoc ita tamen, si affirmativè intendat, secus verò si negativè, ut in l. 11. ff. de prob. tunc enim verum est, quod dicitur, ei incumbere probationem, qui dicit, non qui negat l. 2. ff. de prob. nec refert, sive actor sit, qui affirmat, sive reus, excipiendo enim reus partibus actoris fungitur, l. 19. ff. de prob. Est autem probatio alia PERFECTA, alia IMPERFECTA, perfecta est quæ perfectè probat, nec alio adminiculo indiget, fitque vel testibus vel instrumentis *per rubr. & nigr. ff. & C. de testib. & fide instrum.* sunt autem testes personæ, quæ ad fidem rei controversæ adhibentur, *Ampliff. D. Fomann. in prælect. ad rubr. extr. de testib. q. 3. l. 11. l. 16. C. de test. Testium quidam sunt domestici, quidam extranei: domestici, quos scilicet accusator de domo produxerit, non sunt audiendi l. 24. ff. de testib. Oldend. in misc. de testib. in iis tamen quæ domi l. 16. ff. de prob. & in navi geruntur, testes domestici admittuntur propter probationis angustiam, & ne veritas lateat, l. 3. C. de naufrag. Oldend. in miscell. de testib. plura de domesticis videnda apud Sicbard. ad l. 2. C. de test. n. 3. & seqq. Extranei possunt testes adhiberi omnes, quibus non interdicitur testimonium, nec ullâ lege à dicendo testimonio excusantur l. 1. ff. de testib. prohibentur autem quidam propter reverentiam personarum, quidam propter lubricum consilii, alii propter notam & infamiam vitæ suæ l. 3. §. 5. ff. de testib. excusantur autem ii, qui quidem testimonium dicere, non prohibentur, invitati tamen etiam non possunt cogi testes esse, de quibus in l. 4. §. 8. ff. de testib. & l. 19. eod. Practica autem probandi per testes ita se habet, ut citatis partibus ad**

videndum & audiendum produci & jurare testes (*l. 19. & auth. seq. C. de testib. Nov. 90. c. 9. c. 2. & ibi Ampliff. Dn. Pras. q. 1. ext. de testib.* contumaciter tamen absente altera parte contra quam producuntur, valet productio per *Nov. 90. c. 9. vers. si verò voluerit in verb. non ex una parte, c. 2. & ibi Cujac. & Ampl. Dn. Pras. q. 1.* Ex justâ tamen causâ absens pro contumace non habendus per jam allegata jura & *Dd. & Oldend. in miscell. de testib.*) testes itidem vocati *l. 3. §. 6. D. de test. vel presentes non rogati, modò se non ingerant, l. 11. ff. de testib. Ruding. cent. 5. Obs. 82. Sich. ad auth. rogati n. 2. C. de test.* Juramentum de veritate absque affectione, die *Wahrheit zu sagen und keinem Theil zu Lieb oder zu Leid ich etwas auszusagen. Rosb. de formul. Juramenti test. in proc. civ. tit. 57. n. 19. & 20.* dicendâ præstare cogantur. *l. 9. C. de test. & ibi Azon. 2. Sich. n. 1. c. 51. & ibi Cujac. in recitat. de test.* testi enim injurato non creditur: nisi juramentum fuerit à partibus remissum *c. 39. & ibi Cujac. in recitat. extr. de testib. Ruding. cent. 5. obs. 82. n. 4. Gail. 1. obs. 101. n. 15.* quo factò testes ad interrogatoria partis adversæ, & deinde ad omnes articulos, quos appellant probatorios *Rosb. in proc. tit. 52.* vel secundùm formam directorii ad unum vel alterum respondere tenentur, prout eleganter formam & modum examinandi testes præscribit *Ayrer. in process. Belials, & c.* explicita examinatione Attestationes publicantur, ut probationes defensionisque suas hinc inde deducere possint partes *Rosb. in pr. tit. 60. part. 3. ord. tit. 17. Denais. in Jur. cam. tit. 313. §. 1.* cùm verò post publicationem, attestationum contenta didicita obstaculo sint, quo minus quis ulterius producere testes possit, *auth. At qui C. de prob. Nov. 90. c. 4.* Quæritur an SOLA ATTESTATIONUM PUBLICATIONE IMPEDIAT ULTERIOREM TESTIUM PRODUCTIONEM, quod negatur, quia non sola publicatio, sed & attestacionum cognitio impedit per *d. Auth. At qui & Nov. 90. c. 4. Ampliff. Dn. Pras. ad c. 6. q. 1. ext. de probat. Sich. ad auth. At qui n. 8. C. de probat. Lanfranc. Balb. Decis. 383.* Instrumentorum probatio, propriè fit scripturis, quæ fiunt ad alicujus rei probationem *l. contrahitur 4. ff. de pign. ibi: fiunt scripturae, ut quod actum est, per eas probari facilius possit:* nam generali instrumentorum

sum appellatione omne id continetur, quo causa instrui potest, siue sint personæ vel testes, siue scripturæ *l. 1. ff. de fide instrum.* sed quia de rebus supra delibavimus, ideò de scripturis tantum ut videamus restat: sunt autem Instrumenta publica, vel privata; Publica, quæ per manum Notarii conficiuntur, quibus vel maximè fides habetur, quod Notarii initio officii sui jurant se fideliter hoc officium scribendi gesturos, nihilque præterquam quod viderint vel audiverint, scripturos. *c. illud & ibi, Cujac. in recitat. extr. de probat. ubi ait: sed omnium maximè facit ad nuptiarum faciendam fidem publicum illud instrumentum, quod tabellio confecit, qui officium suum fideliter adimplevit, & c. Frider. lib. 2. de proc. extrab. c. 69. n. 5.* his autem æquiparantur & illæ scripturæ, quæ trium vel amplius, probatæ atque integræ opinionis, vel idoneorum, & fide dignorum testium subscriptionem habent *l. scripturas n. & ibi Sicb. n. 20. & 21. C. qui potiores. in pign. Frider. lib. 2. de process. extrab. c. 69. n. 27.* solennitates à notariis in faciendis instrumentis observandas videre licet apud *Schwannm. in differ. Jur. Civ. & cam. differ. 4. num. 8. & seqq. Cnaust. in arte Notar. fol. mibi 50. quæst. In quibus consistat publicatio Instrumentorum & seqq. Wesemb. paratit. ff. de fid. instr. n. 5.* Publica etiam maximè intelliguntur esse publico aliquo sigillo signata *c. post cessionem de prob.* perindeque probant atque scripturæ à notario confectæ: sed & acta judicialia res gestas probant. *l. fin. C. de re jud.* De instrumentis verò quæritur: AN ORIGINALIA SIVE AUTHENTICA PRODUCI DEBEANT AD PROBANDUM, an sufficiant exempla scripturæ? & originalia requiri, ait *l. 2. ff. de fid. instrum.* exempla enim nullam fidem merentur, *c. 1. extr. de fid. instrum.* nisi exemplum autoritate judicis descriptum sit, & per publicam personam *c. fin. extr. de fid. instrum. Cujac. in recit. ad cap. 1. & ult. extr. de fid. Instrum. Frider. lib. 2. proc. extrab. c. 48. n. 14. 15. & seqq.* Privata scriptura, siue instrumentum est, quod à privato confectum, nec authentici sigilli, nec testium adminiculum habet, nihilque adeò probat, si negetur scriptura, *Sicb. n. 12. C. de fid. instrum. in rubr. sin recognoscatur, tunc si personalis actio exerceatur, suum robur quasi publicè conscripta sit, habere*
deq

debet, ut tamen contrahentium subscriptiones habeat. Si
verò jus pignoris vel hypothecæ ex talibus scripturis vindicare
quis sibi contenderit, tunc instrumentum publicum prolatum,
quamvis tempore posterius sit, in pignore vel hypotheca præferri
debet. *l. scripturas 11. C. qui pot. in pignor. & Sicb. ad d. l. scripturas n. 9.* ex quâ lege simul notandum. Scripturam
manu notarii absque solennibus requisitis factam, non obtinere
authoritatem instrumenti publici, in verbis manu contrahentium
vel Notarii, vel alterius cujuslibet scripta fuerit, & c. *l. 11. C. qui pot. in pign. & ibi Sicb. n. 16.* IMPERFECTA probatio est, quæ imperfectè concludit, & iudici non tantam fidem facit, cui soli stare debeat, cujus generis
est testimonium unius, *l. Jurisjur. C. de testib. junct. l. 3. C. de reb. cred.* pro complemento autem ejusmodi semiplenæ probationis peculiariter juramentum, quod suppletorium vocant, & semiplenè probanti deferri potest. *c. 3. in verb. & superstitis clerici juramentum constitit extr. de procur. Sicb. ad l. 3. n. 12. C. de reb. cred. & jurej. ubi plures species, & in quibus causis locum habeant semiplenæ probationes ex gloss. refert.* (H) est autem conclusio causæ omnium juris & facti allegationum renuntiatio, totiusque causæ ad definiendum submit-
sio *c. pastoralis 5. extr. de caus. poss. & propr. in verb. antequam renunciatum sit aut conclusum, & ibi Cujac. in recit. c. quoniam & ibi Ampliss. Dn. Fomann. in prælect. quest. 13.* ubi ait conclusionis & renunciationis concursum esse, & unam ex altero resultare, indeque etiam à *Gail. lib. 1. obs. 107. n. 3. & Dd. pro* Synonymis ferè habentur. Sed si una pars allegationibus suis renunciaverit alia verò non, & adhuc dicenda quædam se habere contendat tunc Judex intra 30. dies, quo cessante, intra alium mensem, eoq; iterum fugiente, iterum intra alium mensem allegationes suas proferre jubeatur qui si usque ad prædictos tres menses non proposuerit suas allegationes, quas prætendebat, tunc iudex non amplius expectare sed sententiam ferre debet. *Auth. jubemus c. de judic. Nov. 115. c. 2.* De conclusionibus IN CAMERA faciendis paulò aliter res habet, nam ad conclusionem rei verbalem actor confessum; ad scriptam conclusionem vel proximo termino viva voce

voce concludere debet, p. 3. O t. 23. in pr. & reus a ctore verba-
liter concludente ejusdem juris sit, vel statim vel proximâ
audientia præfixâ s. gleicher Gestalt & seq d. tit. 23. Denais. in
jur. Cam tit. 90. Ex quibus intelligere licet, conclusionem in
in camera esse scriptam vel non scriptam, scriptam conclu-
sionem actor decimo termino producere debet, p. 3. Ord. tit.
21. Reus verò in undecimo in scriptis vel statim post actoris
conclusionem verbaliter concludere. p. 3. Ord. t. 22. & seqq vid.
Denais. t. 90. & 91. Si quid autem post conclusionem incidisse
novi probabitur juramento, ejus rescissio in scriptis peti & à
judicibus quod æquum erit, statui potest. p. 3. Ord t. 23. §. Eo
aber. Denais. in jur. camer. tit 94. FORMULA autem conclusio-
nis, fere in his verbis consistit, vnd stelle solches alles vnd jedes
zu richterlicher Erkenntniß. etc. item so fern vom Wiedertheil
ferner nichts gesetzt wird beschlisse ich zum Urtheil / sonstem
aber fernere rechtliche Noturfft vorbehaltende. Rosb. in proc. tit.
70. n. 17. (I) Ante omnia enim iudices rei qualitatem plenâ
inquisitione discutere oportet. l. 9. & ibi Sich. n. 2. C. de judic. &
judicantem cuncta rimari oportet, & ordinem rerum plenâ
inquisitione discutere, respondendi & objiciendi præbitâ
patientiâ, adeo ut frequenter interrogare debeat, numquid
fortè aliquid prætermisum sit, quod annecti conveniat,
Can. iudicantem 11. 30. q. 5. l. 3. ibi: causis cognitis. C. de sent. ex brev. l.
9. C. de judic. Utque cautius agatur, IN CAMERA semper acta
majoris momenti à duobus Assessoribus perlegi & pondera-
ri, deque iis relatio fieri debet, p. 1. Ord. tit. 13. §. Vnd damit
omniaque ita ponderari debent, ut ex iis iusta sententia ma-
turâ & præviâ deliberatione procedat, prout ex dicto §. Vnd
damit / apparet: In relationibus autem procuratorum pote-
stas: utrum rectè processus & ordo judiciarius observatus
fuerit, examinari debet: articuli, responsiones, exceptiones
pertinentes, probationes, quæque alia merita causæ concer-
nunt atque ab iis pendent proferantur & necessaria dunta-
xat ex actis excerpantur, Denais. in jur. Cam. tit. 259 & 260. cum.
seqq. Schwannm. lib prim. proc. Cam. cap. 76. Integras relationes
etiam, præterquam à Schwannmanno allegatos authores,
videre licet apud Ruland. in thesaur. juris execut. ubi decem classes

relationum & Votorum Cameralium refert: iidemque modireferendi etiam in benè constitutis curiis & iudiciis minoribus quibusdam locum habent, (K) quæ est controversiæ inter partes litigantes per iudicem declaratio & definitio, reum, absolvendo vel condemnando facta. l. 19. §. 1. ff. de recept. Eaq; duplex est INTERLOCUTORIA VEL DEFINITIVA: Interlocutoria est, quæ non super principali negotio, sed emergenti, vel incidente inter principium & finem causæ interlocuendo fertur. clem. un. in verb. definitiva, de sequestr. & poss. fruct. l. 3. C. de sent. & interloc. omn. iudic. Sich. ad rubr. eod. Interlocutoria autem SIMPLEX EST VEL MIXTA, simplex quæ in finibus interlocutoriæ consistens nullum præjudicium in principali adfert Gail. 1. Obs. 129. vocaturq; Beyurtheil die nit Krafft einer Endurtheil hat p. 3. O. tit. 31. §. Und so fern etc. p. 2. O. tit. 28. §. fin. Mixta, quæ ulterius progrediens, principali negotio per consequentiam præjudicium adfert, appellaturq; Bey Brurtheil die Krafft einer Endurtheil haben. p. 2. Ord. tit. 29. §. und so von bey Brurtheil etc. p. 3. O. t. 31. §. Wo aber von etc. sententia DEFINITIVA est, quæ finem imponit toti causæ, vel principali in iudicium deductæ Sich. ad rubr. C. de sent. & interl. Treutl. vol. 2. disp. 23. thes. 1. lit. f. l. 1. l. 15. l. 28. ff. de re iudic. sententiam autem proferre potest iudex competens l. 1. & 2. C. de sent. ex brevic. l. 1. l. 5. §. 1. ff. de re iud. l. 1. ff. de iud. l. 1. & tot. tit. C. si à non compet. iudic. pro tribunali sedens l. cum sententiam 6. Codic. de sentent. & interl. ipsemet iudex non per aliū, alioquin nulla erit sententia, l. 1. C. de sent. ex brevic. hodierno tamen iudiciorum stylo plerunq; per Actuarium, præsentem tamen iudicem, ex breviculo recitari solent, Rosb. in proc. tit. 71. n. 16. sine scripturâ sententia lata, nec nomen quidem sententiæ meretur, l. 3. C. de sent. ex brevic. sententia autem profertur contra eum, cum quo lis contestata est & iudicium agitatum, sive principalis sit sive procurator l. 1. C. de sent. & interloc. & ibi Sichard. n. 5. l. 31. ff. de procur. quod tamen IN CAMERA non obtinet, sed ibi sententia in personam domini concipitur, sive litem contestatus ipse & persecutus sit, sive per procuratorem, Gail. lib. 1. Obs. 3. in pr. non contra tertium, cui res inter alios acta præjudicare non debet, l. sapè constitutum, 63. in pr. ff. de re iud. l. 1. ff. de exec.

*exec. rei judic nec in absentem, nisi contumax existat, l. ea que
& tot. tit. C. quom. & quand. jud. l. de unoquoq. ff. de re judic nec in
pupillum indefensum. l. 6. C. quom. & quan. jud. l. contra pupil-
lum. § 4. ff. de re judic. nec in furiosum l. 9. ff. eod. sententia autem
formari debet ex libello, ita, ne quid plus contineatur,
quam petatum sit, l. 18 ff. com. divid. Ruding cent. 5. Obs. 44. n. 3.
præmissa causa, nomine judicis & litigantium, expressis item
quibusdam substantialibus processibus, puta libello, litis con-
testatione, juramento calumniæ, testiū productione aliarumq;
probationum & conclusionem, Rosb. in proc. tit. 71. FORMULAM
vid. ap. Rosb. dict. tit. n. 24. 25. & c. & INTERLOCUTORIARUM FOR-
MULAS sapud Schwann. in integro prothocoll. & DEFINITIVARUM
formulas utatas in camerâ videre licet apud Ruland. in clasib.
relationum & votor. camerat.*

THES. XIII.

*Debito itaq; modo sententia lata (A) si-
quidem in rem transierit judicatam, (B)
executioni mandetur (C) secus, si aliis re-
mediis, quibus rei judicate authoritas
impeditur; (D) victus & condemnatus sibi
provident.*

(A) De modo sententiæ ferendæ, ut causâ plenè co-
gnitâ de rebus in judicium deductis pronuncietur, idq; fiat
in scriptis, per judicem, loco consueto, & citatis ad hoc li-
tigatoribus, in præcedentibus attigimus. (B) quæ finem
controversiarum pronuntiatione judicis accipit l. 1. ff. de re
judic. Utiq; si legitimo modo processerit & tunc ad senten-
tiam pervenerit judex, sæpissimè enim sententia nulliter pro-
lata, nulla esse dicitur l. prolata. 4. C. de sent. & interl. l. 4. §. 6. ff.
de re judic. Differt autem sententiâ à re judicatâ, quod à sen-
tentiâ appellari potest l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de Appell. à re judi-
catâ

estā non l. 23. §. 1. ff. de cond. indeb. siquidem quod appellatione
suspensum non est, in rem transit iudicatam. c. cum inter 13.
extr. de sent. & re jud. & ibi eleganter Cujac. in recit. (C) est autem
executio rei iudicatæ persecutio ac perfectio, l. ult. & pen.
C. de exec. rei judic. Exequi autem potest is, qui jurisdictionem
habet, quales sunt Magistratus ordinarii l. à Divo Pio, 15. in pr. ff.
de re judic. l. 1. 2. 3. ff. de jurud. l. si ut proponis, 6. C. de execut. rei judic.
adeò ut etiam sententiam non à se, sed à dato iudice, notio-
nem tantum, non etiam jurisdictionem habente, latam, ex-
equi teneatur, d. l. à Divo, 15. in pr. atque adeò rei iudicatæ vi-
gorem ad effectum deducere l. 8. Cod. de Exec. rei jud. Quid si-
res in quā executio facienda, in alterius territorio seu jurif-
dictione sita sit, QUOMODO AD EXECUTIONEM PERVENIRE
POTEST? R. Iudex ejus loci sive territorii, requiri debet à ju-
dice, qui sententiam tulit, & requisitus exequi tenetur in bo-
nis suæ jurisdictioni subjectis d. l. à Divo 15. §. 1. l. 1. ff. de O. Conf.
& iudex territorii meritò suum auxilium impartire tenetur,
quia jurisdictio una per aliam adjuvanda est. c. 1. & c. 14. extr.
de off. jud. Ordin. Frider. lib. 2. de proc. extrah. cap. 65. n. 17. Ruland. in
Integr. tract. de in vocatione brachii secularis per tot. In Camera
executoriales decernuntur adversus partem victam, ut sub
pœnā certā victori partim, partim fisco interendā, contentis
sententiæ latæ intra certum tempus satisfaciatur, & in termino
de partitione factā doceat. p. 3. O. tit. 48. in pr. id nisi faciat, pe-
tenti executoriales arctiores sub pœnā banni cum eventuali
citatione ad videndum & audiendum se proscribi vel causas
allegandum, cur id fieri non sit æquum, contra victum, com-
municentur, p. 3. Ord. tit. 48. in pr. vers. vnd wo er etc. Denais. in
Jure Cam. tit. 286. Si ergo arctioribus paritum non sit, nec ju-
stæ causæ prolata, quamprimum ad pœnarum, bannique de-
clarationem cum damnis & expensis declarentur, d. tit. 48.
§. würde aber etc. quā declarationem deinde sequitur immis-
sio in possessionem bonorum, adeò ut omnes ij, quorum ju-
risdictioni subjectus fuerat bannitus, teneantur victorem
immittere in bona, nullo modo impedire, sed eum in posses-
sione defendere & protegere. d. p. 3. O. tit. 48. §. Vnd so also der
etc. & in seqq. plura vid. (D) quæ omnia in secundā instantiā
pro:

proponere oportet, jam verò ad nostri instituti rationem principaliter non pertinent, per ea a. suspenditur rei judicatae autoritas, & plures sunt termini, quibus causa suspendi solent, nimirum Appellatio, provocatio &c. Bender. de re-vis. in proem. § p. 3. Ord. tit. von Revision und Besichtigung der Acten und gesprochenen Urtheiln. 53.

THES. XIV.

Finis respectu status publici est pax & tranquillitas (A) respectu judicis justitia, per quam causa secundum juris & aequi rationem à judice disceptata tribuatur cuique quod suum est (B) victori quidem, ut re adjudicata frui ei liceat sine controversia, (C) victo autem, ut à re aliena absteineat (D.)

(A) Quae conservatur inter cives Judiciorum vigore, quia executio sive conservatio pacis publicae consistit in executione sententiarum latarum, da die Execution des Landfriedens auff der gemein Execution des Cammergerichts / Vollziehung gesprochenen Urtheil betreffend / beruhet / etc. p. 3. Ord. tit. 49. alias si violenta remedia locum haberent, inter se trucidarent cives, se ipsos invicem spoliarent, omniaque sub quocunque praetextu ad se raperent, indeque multa mala orirentur, ar. l. 6. C. ad l. Jul. de vi publ. & priv. quibus multis ante temporibus edocti Imperatores interdixerunt, ne quis sibi ipsi jus dicere privatim tentet, l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. und. vi l. fin. & pen. ff. Ad l. Jul. de vi priv. indeque severissimas amissionis & infamiae poenas statuerunt Imp. & J. C. contra eos, qui sibi ipsis contra juris ordinem jus dicere co-

nantur *da LL.* indeque etiam saluberrimæ constitutiones, de pace publicâ tenenda prodierunt. *R. A. de Anno 1495. sub tit. der Kœniglich Landfried S. Als daß von Zeit dieser Verfündung: subditâ pœnâ in S. die Poen der Friedbrecher. eod. recess.* (B) propter hæc enim ad iudicium venit *l. i. ff. de in jus voc. S. i. inst. de Act.* in eoque potissimum iudicis officium consistit, ut secundum leges constitutiones & consuetudines sententiam ferat, *S. i. Inst. de off. jud.* Idemque innuit Iuramentum iudicis, quod ab eodem præstandum *l. rem non novam 14. C. de judic.* & propterea iudicibus secus facientibus pœnæ constitutæ passim videntur *arg. tit. quod quisq. jur. S. l. 15. ff. de iudic.* adeò ut quamvis per imprudentiam malè iudicaverit, litem suam faciat *l. fin. ff. de extraord. cogn. S. si iudex. S. i. Inst. de Obl. qua quasi ex del. nasc. l. 2. S. ibi Azo num. 1. S. seqq. C. de pœn. judic. qui mal iudic. S. Pacius in Isagog. ad tit. de var. & extraord.* neque debet Iudex prætextu dignitatis alicujus litigatoris, prætextu lucri vel gratiæ, vel odii in alteram partem inclinare, sed utrique præstare, quod justum est, & jus suum unicuique tribuere *Nov. 8. tit. 3. S. Nov. 8. tit. 2. c. 8. in pr. Dyn. ad c. 12. de R. I. in 6.* (C) perpetuò, quamvis iudex mortuus sit *l. gesta C. de re judic.* finem enim controversiæ pronuntiatione iudicis accepit *l. i. ff. de re judic.* & per rei iudicatæ exceptionem se defendere potest, quoties inter easdem personas de eadem re agatur. *l. 3. l. 7. S. 4. l. 12. ff. de except. rei judic.* res tamen inter alios iudicatæ, tertio præiudicium, non faciunt *l. i. ff. de except. rei judic. l. 63. in pr. ff. de re judic.* (D) & victor adversus eum iudicatæ rei exceptione se defendere potest, si non novâ viâ propter aliam rem ad iudicium venire velit *d. l. 3. l. 7. S. 4. l. 12. ff. de except.*

THES. XV.

Effectus, quem iudicia finita post se relinquunt, est quod victori satisfit per executionem (A) ad quietè habendum id, quod

in

in iudicium deductum erat, (B) idq̄ defendere potest per rei iudicatæ exceptionem. (C)

(A) Ad quam pervenitur iudicati actione l. 6. §. 3. ff. *de re jud. l. 2. l. 4. §. ait prator 3 ff. eod. Oldend. in class. 1. act. 12.* sicut enim sine iudicio nemo condemnari, ita, quæ justè definita sunt nulla excusatione differri debent, *can. sicut. 2. q. 1.* & cum parum esset sententiam ferri, nisi & lata mandaretur executioni *Azo in summ. C. de exec. rei iudic. in pr.* idè postquam sententia transit in rei iudicatæ authoritatem, propter executionem iudicati actio competit victori, l. 6. §. 3. ff. *de re jud.* quæ deinde perpetua est & hæredibus competit d. l. 6. si enim solæ litis contestatio actiones perpetuat, adè ut etiam pœnales ex maleficiis descendentes, aliàs contra defuncti hæredes non competentes, per iudicium cœptum perpetuentur. §. 2. *Inst. de perpet. & tempor. act. l. omnes. 139. de R. I.* multò magis id per sententiã efficietur, ut executio adversus hæredes competat *Oldend. class. 1. act. 12.* Tempus autem actionis legibus destinatum, est quatuor mensium, intra quod adhuc expectare debet victor, an reus iudicatum solvere velit. l. 2. l. 3. C. *de usuris rei jud. id tamen tempus iudicantis arbitrio pro causæ qualitate & quãtitate, personarũ obsequio, vel contumaciã artari vel prorogari potest, l. 2. ff. de re iudic. Azo. in sum. Cod. de exec. rei jud. n. 6. Oldend. class. 1. act. 12.* Contraria autem executioni est novatio l. 4. §. 4. ff. *de re jud.* per eam enim receditur à re iudicatã ad aliam obligationem, & nova actio exinde competit. l. 2. C. *de Exec. rei iudic.* (B) ratione condemnati scilicet, inter eos enim jus facit res iudicata, non inter alios, per *rubr. & nigr. C. inter alios acta vel iudicata aliis non noc. l. 1. 2. & 3. C. quibus res iudic. non noc. & ibi Azo* (C) quæ est peremptoria contra condemnatum ejusve hæredes & litis ingressum impedit, ne actum agatur. *cap. 1. de lit. cont. in 6.* eaque uti potest is qui vicit, modò in eandem rem actionem intendere velit, idem qui ante condemnatus erat, l. 7. §. 4. ff. *de except. rei iudic.* At si alia res, quæ prius in quæstione non erat, petatur, non obstabit exceptio, l. 20. ff. *de exec. rei jud. l. 2. C. de iudic. in verb. si de specie de quã agis in iudicio priorè tractatum non esse allegas. & c.*

THES.

THES. XVI.

Contraria sunt, quibus vel sententia impugnatur ratione nullitatis, (A) iniquitatis, (B) etatis lesa, (C) vel quibus iudicium impeditur, veluti transactione (D) solutione, & aliis modis dissolvendarum obligationum (E) & deniq; contemptus iudiciorum per res vi extortas.

(A) Quæ committitur omissione formæ & legitimi processus, l. 4. l. 6 C. de sent. & interloc. & ibi Sich. sive in totâ causâ, sive in aliqua iudiciorum parte, (veluti omissione litis contestationis) nulliter fuerit processum, contestatione enim omisâ omnia sequentia nulla sunt arg. l. 1. C. de lit. cont. c. un. & ibi Cujac extr. d. lit. cont. tot. tit. extr. ut lite non contestata ad test. recept. non proc. Vel si iuramentum calumniæ fuerit omissum l. 2. in pr. ibi: non aliter neq; actorem neq; fugientem in primordio litis exercere certamina. & §. 4 & 6. ibi: non liceat ei penitus ad litem pervenire C. de jurej. propt. calumn. Vel si testes injurati absque remissione partium examinati fuerint, l. 9. C. de test. & ibi Azon. 2. Sich. n. 1 c. 51. & ibi Cujac. in recit. extr. de test. Siquidem testi injurato non creditur, nisi iuramentum à partibus fuerit remissum c. 39. & ibi Cujac. in recit. extr. de test. Ruding. cent. 5. Obs. 82. num. 4. Vel si non observato solenni ordine sententia publicata sit: sic sententia non scripta sententiæ nomen non meretur, aded ut nec appellatio- ne contra eam opus sit, l. 2. & 3. C. de sent. ex brev. Vel si in loco secreto sententiam dixerit iudex l. 6. C. de sent. & interloc. vel denique si in toto processu tam in initio, quàm fine, parte non contumace absente, quod in ejus præjudicium ver- gere possit, actum fuerit l. 1. ff. de exc. rei jud. l. de unoquoq; ff. de re jud. l. 4. & 7. C. quom & quan. jud. (B) quæ corrigitur per Appel- lationes, l. 1. ff. de Appell. quo referri possunt omnes modi, qui- bus

bus adversus res dolo malo vel imperitiâ malè judicatas
subvenitur, qui semper in secundâ instantia agitantur: quod
re medium in camerâ vocatur revisio, quamvis enim à sen-
tentiis cameræ appellari non possit, *p. 1. Ord. tit. 35. ibi: un-
hindert einiger Restitucion/Supplication/etc. & p. 3. O. tit. 51.*
quia tamen interdum evenire solet, ut ii qui justitiæ sacerdo-
tes se profitentur, à vero scopo aberrēt, (labi namq; humanū
est) inter varias & diversas Dd. opiniones nonnunquam pro-
verâ falsam arripiant sententiam: ne quisque de summo hoc
judicio jure conqueri posset, se per sententiam iniquè grava-
tum, injuriave aliqua affectum, nullam verò sibi ad causæ
sux justitiâ demonstrandam, patere viam, ideò Princeps &
status Imperii saluberrimum revisionis remedium introdu-
xerunt, ad quod læsi, tanquam ad sacram anchoram confu-
gere possint, nec non etiam Judex & Assessores Cameræ me-
tu revisionis futuræ in causis audiendis decidendisque ma-
jorem adhiberent diligentiam *p. 3. O. tit. 53. in pr. Bender. in
proem. ad tract. de revis. n. 20.* Modus a. petendæ revisionis vi-
dendus *d. p. 3. O. tit. 53. vers. der gestalt/das sie solches/ & Bender.
in Integr. tract. de revis. (C)* Sicut enim in contractibus læsi
minores restituantur, *tot. tit. ff. de min. vigint. & C. de in Integr.
rest. min. multisq; seqq.* ita in judiciis læsi: *l. adversus 3. l. cum &
4. l. in rem, 5. C. si advers. rem judic.* Si tamen sententia lata sit
in minore ætate, vel dolo adversarii & calliditate id factum
fuerit, ut majore eo facto sententia proferretur *l. 3. §. 1. ff. de
min. vig. l. 1. C. si adversus rem judic. Azo eod. tit. (D)* amicabili
enim compositione anticipantur judicia & contentiones
judiciales. *Nov. 53. c. 3. §. 1. ibi: liberare se ab adversarii sui conten-
tione amicabiliter. & l. 1. ff. de trans.* quotiescunque enim litis
timor est, ad effugiendam judiciorum molestiam & sum-
ptuum, transigere licet. *l. 2. C. de transact. & impedit effe-
ctum judicati, transactio, quotiescunque litis timor subesse
possit. l. 1. ff. de transact. l. 23. §. 1. ff. de cond. indeb. (E)* nam si co-
gnoscit debitum reus, ad judicium non pervenitur, solutio-
ne enim ejus quod debemus, liberamur, *l. 23. l. 40. l. 49. & tot.
tit. ff. de solut. l. 1. & tot. tit. ff. de Acceptil. & l. 18. ff. de Novat. & de-*

H

te,

legat. tot. tit. Inst. quib. mod. tollitur oblig. (F) contemnere enim videtur iudiciorum auctoritatem, qui temerè jus sibi dixit, cum potius id quod deberi sibi putat, per iudicem reposcere debeat, l. 7. in pr. ff. ad l. iud. de vi priv. hinc itaque vim intulisse dicuntur, qui sine ullo iudicio rem vel pecuniam sibi debitam temerè possident. l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. & 8. ff. ad l. Jul. de vi priv. Unde etiam in meritis incidunt pœnas, dum amittunt jus crediti l. 12. §. fin. l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. ff. ad l. Jul. de vi priv. vel si rem alienam invaserint, non solum rem ipsam, sed etiam rei æstimationem, si rem suam, ab alio tamen detentam, sine judiciali auctoritate invaserint, possessionem vim passo restituere, & dominium amittere debent, l. 7. C. unde vi. & insuper in legis Julix de vi privatâ pœnam incidere l. 12. §. 2. ff. quod met. caus. l. fin. ff. ad l. Jul. de vi priv. l. 5. C. ad l. Jul. de vi pub. vel priv. Sed cum sæpè in cautionibus & literis censualibus, & in obligationibus annuarum pensionum & rediarum talis clausula apponi soleat, daß der Gläubiger gut Zug und Macht haben sol seines gefallens im Fall saumseliger Bezahlung zu procediren / vnd an den Pfanden oder vntersetzten Gütern mit oder ohne Recht / sich bezahl zu machen / quæritur: AN ILLA VERBA mit oder ohne Recht ID IMPORTENT, UT CREDITOR PROPRIÂ AUTHORITY ET IRREQUISITO IUDICE HYPOTHECAS POSSIDERE, & cum eis secundum literarum tenorem procedere possit? Siquidem facti specie propositâ de Reutlingensibus & nobili quodam creditore, ex tali pacto pagum quendam Reutlingensium invadente, concludit, nobilem propter pactum præcedens propriâ auctoritate posse ingredi, nec dici vim commississe, quamvis urbanus esse putet, si nobilis iudicis auctoritate ingrediatur, per l. 3. C. de pign. & hypoth. n. 8. verum tamen hisce verbis, ohne Recht / nihil aliud intellectum videtur, quàm quod implorato nobili iudicis officio ad præceptum & executionem rectâ properari potest. Frider. de process. extrah. lib. 2. c. 71. n. 6. in fin. neque enim hoc verbum ohne Recht / ad facti violentiam extendendum, cum in processu summario verificari possit. Frid. d. loc. siquidem regulariter in Judicialibus ab executione & man-

mandato incipiendum non est, l. 1. C. de pignor. p. 2. Ord. tit. 23. in
pr. Gail. 1. Obs. 13. tali ergo pacto mit oder ohne Recht / vel or-
dinaria juris via per verba mit / vel extraordinaria, auctori-
tate tamen iudicis, per verba ohne Recht / intelligi videtur.
per l. 1. C. de Exec. rei judic. junct. l. 3. C. de pign. cui consentire videtur,
der Keyserlich Landfried zu Augspurg de Anno 1548. S. Es sol
auch dem 2. in verb. sondern wer zu dem andern zusprechen ver-
meint / der sol solches thun an Enden vnd Gerichten / etc. item
der Königl. Landfr. de anno 1495. S. Als das von Zeit dieser ver-
fündung: revocatis & cassatis omnibus privilegiis, consuetu-
dinibus, confœderationibus & quæ contra pacem publicam
(sub qua comprehenditur, ne quis sibi ipsi privatim jus liceat
4. S. Es sol auch.) prætendi aut allegari queant, adeo ut ne-
mo contra illud faciens, se defendere ullo prædicto modo
valeat, S. Wir sehẽ auch hindan sub rubr. auffhebung aller Frey-
heit / so wieder diesen Landfrieden sind: Königl. Landfr. de anno
1459. S. in Kais. Landfr. de anno 1548. S. Wir sehen / sub rubr.
Auffhebung aller Freyheit / etc. Ergo unumquemque ad judi-
cia, (quæ teste Frider. in dedic. ad lib. 1. de proc. extrah. asylum sunt
& refugium oppressorum & officina justitiæ) merito remit-
timus: Deo Triuno, summi tribunalis præsidi justissimo,
agentes gratias immortales, eundemq; rogantes, ut di-
vinâ clementiâ sua nobis adesse velit à nunc
usque in secula.

F I N I S.

ULB Halle

3

005 132 665



VDA7






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ANTE.

1624, 3 13

missu

Amplissimi
na Jansen

EM

CIVI-
MQUE
DEN-

issimi Viri.

HI FO-

ma Salana An-

s Dicasterii pro-

Ordinarii dignif-

s sui perpetuo

vandi.

s consequendis

tempore 8

1628

busanus Francus.

H MANNI.

25

25

